





*Pub. 17. n. 241.*

*20*

*1768, 4*

*19*

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**IVRE**  
DE NON EVOCANDO

QVAM  
EX DECRETO ET AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM  
ORDINIS

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO

**DN. HERMANNO BECKERO**

LL. D. ET P. P. O. IN REGIA GRYPHICA ACADEMIA  
ORD. ICT. P. T. DECANO

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA LEGITIME CONSEQVENDI

AD D. IV NOVEMB. ANNO MDCCLXVIII

HORIS CONSVETIS

PVBLCIE DEFENDET

AVCTOR

**IOANNES RVDOLPHVS BECKER**  
ROSTOCHIENSIS.

*P. 149*

GRYPHISWALDIÆ  
LITERIS A. F. RÖSE  
REG. ACAD. TYPOGR.




DISSERTATIO INAEQUALIS IURIDICA  
DE  
IURE  
DE NON EVOCANDO

AVAN  
EX MERTIO ET AVCHER...  
CUM  
PRÆSIDI  
VRO ULSTRI AC CONSULTINO

DR. HERMANN  
*Nullius additus in verba jurare magistri*  
HORAT.

PRO FULGENTIA  
VAMOT IN...  
DOCTORALIA LEGITIME DISSEMINANDI  
AD D. DIE NOVEMB. ANNO MDCCCLVIII

JOHANNES WOLFFHVS BECKER  
CUSTODIENS



CONSPECTUS  
DISSERTATIONIS.

- §. 1.  
Jurisdictio Magistratuum.
- §. 2.  
Judiciorum varietas & competentia.
- §. 3.  
Conflictus Jurisdictionum.
- §. 4.  
Continuatio.
- §. 5.  
Evocationes, & Jus de non evocando definiuntur.
- §. 6.  
Homonyma evocationis.
- §. 7.  
De iis, quæ occasionem atque originem Juri de non e-  
vocando dederunt.
- §. 8.  
Jus de non evocando extra Imperium Germ. tanquam  
effectus Autonomiæ consideratur.
- §. 9.  
Evocationes extra imperium specialibus legibus pro-  
hibentur.
- §. 10.  
Brevis explicatio harum legum.
- \*
- §. 11.

§. 11.  
Recurfus ad Rotam Romanam.

§. 12.  
Gravamina Statuum imperii contra Pontificem.

§. 13.  
Constitutiones imperii, quibus recurfus ad Pontificem  
in caufis fecularibus prohibentur.

§. 14.  
Intellectus harum Constitutionum.

§. 15.  
Proceres imperii jus de non evocando ex privilegio Im-  
peratoris tenent.

§. 16.  
Privilegium de non evocando illimitatum.

§. 17.  
Privilegia Procerum imp. de non evocando varia ratio-  
ne limitantur.

§. 18.  
Differentia privilegiorum de non evoc. realium, perso-  
narium, & personaliffimorum.

§. 19.  
De dijudicando tenore privilegii de non evocando.

§. 20.  
Cuinam privilegia de non evocando concedantur?

§. 21.  
Index Statuum Imp. qui privilegiis de non evocando  
utuntur.

§. 22.

§. 22.

Privilegia de non evoc. non derogant jurisdictioni Camerae imperialis & Judicii aulici.

§. 23.

De Exceptione privilegii de non evoc., qualis sit illa, & a quo opponatur?

§. 24.

Evocationibus, testimonii dicendi causa factis, recte objicitur exceptio priv. de non evoc.

§. 25.

Jurisdictio fori domicilii privilegiati, fortior est jurisdictione fori specialis.

§. 26.

Forum delicti per exceptionem privilegii de non evoc. recte declinatur.

§. 27.

Idem asseritur de foro contractus.

§. 28.

Privilegium de non evocando dissolvit continentiam causarum.

§. 29.

Quatenus exceptio privilegii de non evoc. foro rei sitae objiciatur?

§. 30.

Exceptio privilegii de non evoc. rite opponitur foro gestae administrationis.

§. 31.

Privilegium de non evoc. adversus forum domicilii perperam allegatur.

§. 32.

§. 32.

Qua ratione exceptio privilegii de non evocando interponatur?

§. 33.

Quid, si privilegium de non evocando violetur?

§. 34.

Abusus privilegii de non evoc. ubi de Aurea Bulla Brabantina.

§. 35.

Quibus modis privilegium de non evoc. solvatur?

§. 36.

I. Morte.

§. 37.

II. Renunciatione, & quidem (a) tacita.

§. 38.

(b) De renunciatione expressa, a parte subditorum facta.

§. 39.

Antecedentia limitantur.

§. 40.

De renunciatione expressa, a parte Imperantis facta.

§. 41.

III. Revocatione.

§. 42.

De privilegiorum de non evocando municipiis nonnunquam concessorum indole ac virtute.

§. I. *Juris*





§. 1.

*Jurisdicōio Magistratuum.*

**E**apropter magistratus atque judicia instituuntur, ut civitatis interna obtineatur securitas. Simulac enim homines in civitatem se conferunt, quilibet juri suo cogendi, quod cuique in statu naturali integrum est, intuitu concivium suorum renuntiat; idque nec propria vi nec auctoritate se exerciturum, verum super eo auxilium & auctoritatem magistratus imploraturum esse profiteretur. Sine hac renunciacione civitatis interna securitas, qua deficiente ipse nexus civilis corrui, obtineri non potest. Duplex autem ex hac renunciacione oritur obligatio. Altera est civium, de implorando auxilio magistratus, & abstinendo ab omni vi, si qua a concive illis injuria fuerit illata. Altera est ipsius magistratus, de exercendo jure cogendi, quod civibus suis naturaliter competit, adigendoque lædentem, ut satisfactionem præstet ei qui læsus est.

A

§. 2.

*Judiciorum varietas, & competentia.*

Ast vero neminem magistratus qua talis ad reparandam læsionem vi compellere poterit, nisi eum qui jurisdictioni (a) ejus subest. Quoniam, qui sub aliena jurisdictione vivit, neque ex consensu, neque ulla alia ratione ad obsequium ipsi præstandum tenetur (b), & jurisdictioni proprie se non nisi ad subditos extendit. *L. 3. ff. de Off. Præsidis. princ. ff. de Off. Proconf.* Quapropter necesse erit, si lædens non eidem jurisdictioni subjectus sit ac læsus, ut hic, ope magistratus, qui lædenti præficitur, jura sua exerceat. Itaque in ipsa naturali æquitate fundatur vulgata illa juris regula: actor sequitur forum rei. Quæ usu, & consuetudine comprobata, & totidem corroborata est legibus. *L. 3. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. in rubr. L. 2 & 5. C. de jurisd. omn. jud. L. 3. C. ubi in rem actio exerc. deb.* Attamen difficile sæpe dictum est, quodnam sit forum competens rei. Regulariter forum domicilii (c) semper competens erit, nisi speciali quodam privilegio reus ab hoc foro fuerit exemptus. Nam ubi aliquis domicilium constituit, ibi etiam forum sortitur. Et auctoritatem ejus judicis agnoscere tenetur, sub cujus jurisdictione domicilium comprehenditur. *L. 2. C. de jurisd. omn. jud. Domicilium enim facit incolas, L. 7. C. de incol.:* adeoque eos jurisdictioni reddit obnoxios, quæ, nisi doceatur exemptio, vi regulæ: quidquid est sub districtu idem est sub jurisdictione, ad omnes regulariter se extendit incolas. *MEVIUS P. I. Dec. 130.* Accedit autem, quod forum domicilii concurrentem habeat jurisdictionem cum foro speciali; ita ut perinde sit, ubinam actio instituat. *SCHAUMBURGH Jus digest. L. 5. Tit. 1. §. 34. ZANGER de Exc. P. 2. C. 1. n. 204 seq.* Datur enim actori electio, illiusque arbitrio relinquitur, *L. 2. §. 3. ff. de eo quod certo loco dare oport. utrum in loco domicilii, an in foro speciali, i. e. in foro contractus, L. 10. §. ult. ff. de jud. rei sitæ L. 66. §. ult. ff. ad Scdm Trebell. arresti, delicti, vel ob continentiam causarum L. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur, in alio loco, idoneo tamen, reum velit con-*

convenire. *L. 38. ff. de jud.* Quæ electio actori integra est usque ad litem contestationem, nam non videtur liti se obrulisse, qui discessit. *L. 25. ff. de rei vind.* Postea vero nullus amplius variationi locus relinquitur, nec causa ad judicem domicilii semel deducta, lite pendente & contestata, ad forum speciale retrahi potest. ZANGER *l. c. n. 208-213.* Hoc tamen notandum est: quod ratione contractus aliquis forum fortiatur in loco contractus, tum modo, si ibidem reperiat. Si vero absens est, quamvis citatus, comparere & suscipere iudicium non compellitur, *L. 19. in rubr. & §. 2. ff. de jud. L. 3. ff. eod.* nisi bona ibidem possideat. LEYSER *Med. ad Pand. Spec. 73. n. 1.* Qua ratione actor iudicis domicilii auxilium implorando sibi consulit. Ad forum contractus pertinet forum gestæ administrationis. Hoc autem fortius esse ceteris fori contractus speciebus, omnes fere DD. uno ore fatentur. Etenim forum gestæ administrationis quodammodo indeclinabile est, ut neque a reo, neque ab actore illud recusari possit. Reus ibidem conventus minime ad iudicem domicilii provocari potest, sed præcise in eodem loco ubi tutelam, curam, aliaque negotia administravit, se defendere, & rationes reddere debet. *L. 36. §. 1. ff. de jud. L. 19. §. 1. ff. eod. L. 1. C. ubi de ratiociniis.* Nec licet actori, neglecto foro administrationis, in loco domicilii rationes, ab administratore suo, exigere. Namque in foro administrationis probatio potissimum perficitur, in quo & instructio sufficiens & nota testimonia & verissima possunt documenta præstari. *L. 2. in fin. C. ubi de ratiociniis.* Iniquum autem foret, si absque necessitate actor probationem reo difficiliorem reddere velit. *L. 45. princ. ff. de jud. CARPZOV. L. 2. Resp. 33. n. 10.*

- (a) Nunquam Germani tam subtiliter de iurisdictione ratiocinati sunt, quam Romani. Hi enim iurisdictionem distinxerunt, ab imperio meo. *L. 3. ff. de iurisd. PEEFINGERI Virriarius illustrat. L. 3. T. 17. §. 44.* Apud Germanos vero iurisdictione, generatim considerata, quamlibet semper potestatem magistratui qua tali competentem, denotavit. Adeoque iurisdictionem in sensu juris rom. simul cum imperio mero acque ac mixto, i. e. non solum potestatem de causis civilibus statuendi, verum etiam animadvertendi in facinorosos, jus gladii, ceteraque complectitur. Speciatim autem iurisdictione, apud nos, facultatem cognoscendi & deducendi, significat.

A 2

(b) Per-



(b) Perspicitur inde, iudicem causæ neminem immediate ad iudicium vocare posse, qui jurisdictionem ejus non agnoscit. Subsidiaria itaque citatione utatur necesse est, quæ hac ratione absolvitur, ut iudex causæ citationem literis requisitorialibus includat, quibus iudicem citati ordinariæ, de rite insinuanda hac citatione, in subsidium juris rogat; vel in iisdem literis requisitorialibus eum de causa citationis, loco iudicii, & tempore citationi præfixo certiore faciat, simulque de concipienda, & insinuanda citatione, cum imploret. Desuper factæ insinuationis testimonium sibi expetens, & in paribus paria se relaturum esse promittens. SCHULZII Diss. de citatione subsidiaria. Verum tamen iudex citati ordinarius, non semper (nisi lex aut conventio obstet,) tenetur, ut citatio necessitatem in foro iudicis requirentis comparandi imponat. Sed si literis requisitorialibus stare nolit, iudex requisitus actum expediendum ipse expedire potest.

(c) De translatione ac constitutione domicilii, & ex quibus circumstantiis illa colligi possit, non omnes eandem DD. sistent sententiam. Et sane nil quidquam certi in hac doctrina determinari poterit, tot legibus & totidem LL. interpretibus inter se invicem pugnantibus. Optimum erit si in singulo casu singularum, quæ in illo occurrunt, circumstantiarum a iudice habeatur ratio. Ex quibus potissimum colligere poterit, utrum obvio in casu domicilium constitutum dici possit, an non. Itaque subscribimus sententiæ LEYSERI in *Med. ad Pand. Sp. 72. m. 1.* qui hujus controversiæ decisionem iudicis arbitrio committendam esse ratus est. Interim præcipuas, quæ de domicilii constitutione agunt, leges adduxisse operæ pretium videtur. Illæ sunt *L. 203. §. 1. ff. de verb. signific. L. 7. §. 9. C. de incol. L. 65. ff. de jud. L. 6. §. 2. L. 17. §. 13. L. 27. §. 1. ff. ad municip. & de incolis. L. 11. ff. de Senator.* De cæteris L. B. remittimus ad ZANGERI *Traçt. de Exc. P. 2. C. 1. n. 9. seq. & MEVII Comment. ad J. Lub. L. 1. T. 2. in rubr. & Arr. 2.*

### §. 3.

#### *Consilius jurisdictionum.*

Competentia fori non ex persona rei solum dijudicanda est, sed etiam ex qualitate causæ, in iudicium deductæ. Non sufficit iudicem intuitu personæ rei esse competentem, si incompetentem est ratione causæ, cujus intuitu auxilium ejus imploramus. Nec satis sibi prospexisse creditur, qui adiit iudicem, si ad causam respicias competentem, cujus autem jurisdictioni ille, cum quo litigatur, non subest. Pessime sibi contulit, qui iudici, tam personæ quam causæ intuitu competenti, desi-

defideria sua exponit. Veluti si quis militem in causa civili coram iudicio criminali convenire velit. Quapropter cum decisio ab incompetenti iudice facta, neque obligationem operetur, *L. ult. ff. de jurisd.* neque auctoritate publica gaudeat, actoris interest ut ejusmodi iudicem adeat, qui tam ratione causæ, quam personæ sit competens. Ex hoc enim duplici fundamento fori diiudicatur; ex quo simul innumerae fori divisiones, atque denominationes oriuntur. Ceterum cum sæpius occurrit, ut, orta inter privatos lite, alius iudex competens sit intuitu personæ rei, alius vero competens sit ratione causæ, non potest non gravis de eo exoriri controversia, utrum obvio in casu competentia ex qualitate causæ sit demetienda, an iudicis intuitu personæ rei competentis sententia præferenda sit, ejus, qui ratione causæ competens est. Reus in eo loco, & apud eum iudicem conventus, ubi conveniendus non erat, dilatoria utitur exceptione incompetentis iudicis s. præscriptionis fori. Quæ dicitur fori declinatoria, & statim ante litem contestatam debet allegari *L. 4. C. de jurisd. omn. jud. L. ult. C. de except.*

## §. 4.

## Continuatio.

Tantum vero abest, ut is, qui alienæ jurisdictioni subest, ad iudicem vocatus, huic citationi stare non debeat; ut potius citatus nihilominus in iudicio comparere teneatur (a), nisi incompetentiæ plane sit notoria. *MEVIUS P. 4. Dec. 324. & P. 1. Dec. 130.* Siquidem, non facta contra ipsam substantiam jurisdictionis exceptione, ipsius, cuius jurisdictio impugnatur, iudicis est, æstimare ac statuere, an ejus forum tanquam incompetentis declinari possit. *L. 5. & L. 2. §. 6. ff. de jud. l. 2. ff. si quis in jus voc. non ierit, in rubr.* Ceterum quamvis saluberrimum sit, exceptiones dilatorias, quantum fieri potest, præscindî, ne ambages litium atque expensæ multiplicentur; tamen nemo inficias ire poterit, iudices, quibus ipsa legis dispositio de jurisdictionis suæ competentia notionem instituit, nimia nonnunquam motos fuisse jurisdictionis affectatione,



tione, ut potestatis suæ ambitum, ultra quam par erat, voluerint extensum. Sed omne nimium verti solet in vitium. Fateor quidem iudicem teneri, ut limites jurisdictionis suæ, quantum fieri potest, tueatur. Namque, secundum hodiernam iudiciorum constitutionem, magistratus inferiores jurisdictionem tenent ex concessione imperantis, cui illa vi summæ potestatis civilis ac majestatis competit, qui illa prout regali utitur, eam vero per alios, tanquam administratos exercet. Pro vario itaque modo, juxta quem magistratui cuidam inferiori a principe jurisdictionis concessa est, eadem ille etiam utatur. Qui, sive in certo districtu ipsi universalis jurisdictionis indulta sit, sive hæc ad certa tantum causarum genera restringatur, sive ad quasdam solum personas se referat, seu quocunque alio modo jurisdictionem impetraverit, probe ad ejus fines attendere debet, eosque custodire. Etenim magistratus inferior ultro jurisdictionis limites infringi, & quæ suæ sunt jurisdictionis, ab extraneo iudice expediri, absque præjudicio principis, cui propria est jurisdictionis, pati non potest. Verum tamen si iudex jurisdictionis suæ ambitum ampliare operam navat, veluti si iudex ecclesiasticus causas civiles ad se trahere, aut civilis de causis criminalibus cognoscere velit, id absque imminuendo jurisdictionem alterius fieri non posse in propatulo est. Quidquid enim alterius jurisdictioni accedit, id alterius decrevit. Nemo autem sibi jus cum damno alterius arrogare debet. Iudices vero ejusmodi æmulatores, sive ab uno eodemque principe, sive a diversis imperantibus juri dicundo præfecti sint, perinde est. Semper ex ejusmodi tam causarum, quam personarum evocatione innumera erumpunt incommoda. Sed jurisdictiones confundi, quam noxium, tam minime est ferendum. Quod utrum adhuc hodie fiat, meum non est decidere, quod autem olim ita factum sit sequentia docebunt. Ipsa ergo necessitas efflagitavit, ut huic malo remedia adhibeantur.

(a) Ne antinomiam sapere videantur hæc, cum iis, quæ in spho 2. dicta sunt, tibi adfirmavimus: eum, qui ex aliena jurisdictione ad iudicem vocatus est, iudicium hoc suscipere non compelli, brevi propterea opus erit

erit explicatione. Nimirum, cum is, qui alterius jurisdictioni subest, ab actore apud judicem cause & fori specialis convenitur, distinguendum esse arbitramur; utrum reus presens sit in eodem loco, ubi actio instituitur, an absens. Priori casu reus omnino obligatur, ut in judicio se sistat; & refragantem a judice cause ad id cogi posse non est dubium. Quodsi autem reus absens est, respiciendum putamus; utrum bona ibidem habeat ubi convenitur, an non. Bona ibidem possidens in judicio comparere debet, ac se defendere. Si enim non defendit, judex immisionem in bona contumacis decernere, & ex bonis ejus, tam sibi, quam actori, potest satisfacere. *L. 19. §. 1. ff. de jud.* Quod non nisi personali comparitione reus avertet. Absenti vero reo, neque bona sub judicis cause jurisdictione sita possidenti, nulla, nisi per citationem mediatam, in foro comparendi necessitas poterit imponi. Quid autem juris sit circa ejusmodi citationem, id supra *not. (b) ad sp̄m 2.* diximus.

## §. 5.

*Evocationes, Et jus de non evocando desiniuntur.*

EVOCATIO sensu juridico dicitur *alicujus ad extraneum judicium in jus vocatio*. Quilibet primo statim intuitu perspicit, vocem *alicujus* hic denotare personam rei. Qui enim in jus vocatur est reus, actor vero alterum in jus vocat. Nec minus apparet *judicium* significare locum, ubi jus redditur, adeoque indigitare forum. Vocatur autem *judicium* aliquod *extraneum* ratione situs. Quapropter non quodlibet *judicium* incompetens erit extraneum, quamvis extraneum *judicium* plerumque est incompetens. Qui enim ad extraneum *judicium* evocatur, is convenitur in loco extra territorium sito, & subtrahitur jurisdictioni ordinarii judicis. Disciplinam de evocationibus ad constitutionem imperii germ. accommodantibus latere nequit, *judicium* aliquod vario respectu *extraneum* dici. Primum quidem, intuitu universi imperii extraneorum nomine veniunt, *judicia*, quæ extra fines Germaniæ, veluti in Hispania, Gallia, & reliquis terrarum regionibus, reperiuntur. Deinde in respectu ad singula statuum imperii territoria, quælibet *judicia* extra complexum territorii Domini territorialis, quamvis intra fines imperii germ. sita, extraneorum nomine comprehenduntur. Ita *judicia* saxonica in respectu ad Pomeranos sunt extranea, neque Bavarum ad *judicium* Brunsvicensis vocatum,



catum, coram iudicio extraneo conventum esse dubitaveris. Aliæ ergo sunt evocationes extra imperium, aliæ evocationes extra territorium status cuiusdam imperii. Tamen utraque evocatio simul aderit, si subditus imperii mediatus extra imperium germ. evocetur. Denique certa ratione evocatio inter magistratus inferiores, qui sub uno eodemque principe sunt, locum habere potest; quatenus illorum iurisdictio certo territorio cohæret, ultra quod eam exercere nequeunt. Ceterum vero alia fit evocatio testimonii dicendi gratia, alia ad respondendum in causa, in qua reus versatur. Ratione causæ, ob quam evocationes fiunt, perinde est, utrum causa secularis ad seculare, an ecclesiastica ad ecclesiasticum, sive secularis ad ecclesiasticum iudicium s. v. v. trahatur, dummodo iudicium ad quos aliquis evocatur extra territorium situm sit. Tametsi enim in causa civili coram iudice ejusdem loci ecclesiastico conventus exceptione incompetentis fori recte utitur; tamen de facta evocatione proprie conqueri non poterit. Siquidem evocatio tum cessat, ubi lis non ad iudicium extraneum deferatur. Hactenus de evocatione disserta sufficiunt, ad inde formandum juris de non evocando notionem. Denotat nimirum *JUS DE NON EVOCANDO facultatem moralem, qua efficitur, ne quis coram extraneo iudicio in jus vocetur.* Quatenus universæ civitati jus de non evocando adscribitur, *principaliter* illud competit imperanti, penes quem est summa potestatis civilis, ea ratione, ut is prohibere possit, ne, in iurisditionis sibi competentis attenuationem, cives coram extraneo iudice conveniantur. Membra autem civitatis parentia *minus principaliter* illo gaudebunt. Eatenus scilicet, quatenus insignis ex eo in cives redundat utilitas, quod ipsi non obligentur coram iudicio extra territorium sito comparere; sed ipsorum controversiæ a proprio magistratu, secundum leges patrias, & e re civitatis latas, debeant decidi.

§. 6.

*Homonyma evocationis.*

Perpicuitati hujus doctrinæ permultum conducere opinor, si homonyma evocationis, ejusque adfinia, ab ipsis evocatio-



cationibus caute separentur. Ab evocatione igitur probe distinguenda est:

I. *Avocatio*, quæ consistit in litis, coram alio iudice pendenti, adhuc indecise, ad alium iudicem translatione. Præsupponit ergo illa litem pendentem, evocatio autem lite nondum mota adesse potest. Neque requirit, ut causa avocanda ad extraneum iudicem deferatur (a), quod vero ab evocatione nunquam abesse potest. Inde juris illud axioma: *Judicem superiorem causas ab inferiore posse avocare.* J. P. DE PETRA de potestate principis C. 6. n. 69. L. 58. ff. de jud.

II. *Provocatio*. Illa se exlerit in eo, quod partes sententiam, ab alio iudice latam, examini alterius cujusdam iudicis subijciant. Conf. III. DARIUS *Instit. Jurispr. univers. Part. Spec. Sect. 5. §. 730 seq.* Differt autem provocatio in eo ab evocatione, quod illa causam coram alio iudice jam ventilatam involvat, hæc non itidem; illa non nisi utroque litigantium volente, hæc etiam invita altera parte procedat (b).

III. *Appellatio*, sive causa ab inferiore ad superiorem iudicem devolutio. Quæ ab evocatione in eo satis distinguitur, quod illa locum non habeat, nisi jam in prima instantia sententia quædam lata sit, quæ alterutri parti gravamen infert. Deinde quod in quavis appellatione lis non ad extraneum, sed ad superiorem iudicem devolvatur. Utrumque autem in evocatione secus esse jam supra monui. Perspicitur inde, a jure de non evocando toto cælo distare jus de non appellando; neque ab illo ad hoc nos valide argumentari posse. Siquidem, pro conditione imperii nostri, Procerum illi, quibus concessa est facultas prohibendi, ne subditi ad extranea judicia trahantur, nonnunquam privilegio de non appellando destituuntur; ita, ut nihilominus ab ipsorum sententiis ad summa imperii tribunalia confugere liceat. J. P. DE LUDEWIG Erläuter. der güld. Bulle Tit. 8. §. 2. p. 798. not. m. CARPZOVII *Comm. in legem regiam C. 9. S. 3. n. 11-13.*

IV. A jure de non evocando probe discernendum est *Beneficium primæ instantiæ*, vi cujus subditi imperii mediati cum præteritione iudicis ordinarii, neque ad judicia superiora, neque

B

que



que ad suprema imperii tribunalia citari debent (c). Etenim suprema imperii tribunalia, etiam si, cum exclusione domini territorialis, & judiciorum ab ipso constitutorum, causæ cognitionem sibi arrogent, non tanquam judicia extranea considerari possunt. Nec impedit ea extra fines territorii status cuiusdam sita esse. Subditi quidem diversorum Procerum imperii in relatione ad se invicem, ut cives diversarum civitatum, adeoque ut extranei considerari possunt. At in relatione ad universum imperium, eos tanquam ejusdem Reipubl. membra contemplari debemus. Itaque jurisdictioni tribunalium imperii illi subsunt, tanquam membra imperii mediata, adeoque illa in relatione ad hos nullo modo judicia extranea nominari possunt. Quapropter, cum evocatio non nisi ad extranea judicia fieri queat, luculenter apparebit, permagnum jus de non evocando inter & beneficium primæ instantiæ versari discrimen. Mirandum itaque est, quod permulti eruditorum, in reliquis doctrina æque ac perspicacia clari, id pro uno eodemque habuerint.

V. Denique a jure de non evocando admodum differt *Jus revocandi domum*. Hoc beneficium, quod ex inviolabilitate Legatorum concipitur, primario competit Legatis, ne in eo loco, ubi legationis causa commorantur, conveniri queant, sed actor ad judicem legati ordinarium debeat remitti. *L. 2. §. 3. 4. ff. de jud.* Equidem permagnam jus de non evocando cum beneficio revocandi domum convenientiam habere fateor. Et hoc nonnunquam tanquam effectus juris de non evocando considerari potest (vid. infra §. 26). Attamen a jure revocandi domum, ad jus de non evocando, non potest non esse vitiosa illatio. Siquidem legatis illorum statuum imp. qui jure de non evocando destituuntur, beneficium revocandi domum propterea minime denegari potest.

(a) Conf. FERDINANDI III. erneuerte Reichs-Hofraths-Ordn. de a. 1654. T. 2. §. 7. apud LUNIGIUM in Teutsch- Reichs-Archiv P. gen. T. 1. p. 295: So wollen wir auch, daß unser Reichshofrath sonsten und in denen Fällen, darin wir und unsere Vorfahren am Reich, unserm Cammergericht *concurrentem jurisdictionem* zu mehrer Beförderung der Partheyen und unserer Uebertragung mitgetheilt haben, demselben seinen starken

starcken Kauf lassen, und per avocationem causarum nicht verhindern, wenn nemlich solche Sachen allbereit dafelbst durch ausgewürkt und insinuirte Citation anhängig gemacht worden. add. §. 17. Art. 16. Capit. Noviss. Que de avocationibus monenda sunt vide ap. LANGERUM de Exc. P. 2. C. 1. n. 417-421. & MYLERUM de Princ. Et Statibus imperii P. 2. C. 43. p. 402.

(b) Provocationes nonnunquam appellationum nomine insigniuntur. Quorum olim in Germania frequentissimum usum testatur ENGELBRECHT de Servitutibus juris publ. Sect. 2. Memb. 2. §. 12. p. 140 seq. Ita v. c. Vefalienses provocarunt Aquisgranum RUTG. RULAND. de Commiss. P. 4. L. 2. C. 3. Poloni atque Bohemi, ad supremum judicium Scabinorum Magdeburgensium appellationes instituerunt: quod illis tandem a. 1356. a Rege Casimiro. MECHOVIUS L. 4. Chr. Pol. c. 19., his vero a Ferdinando I. prohibitum est; qui, post proscriptam 1548 a Carolo V. Parthenopolim, summum, quod Prage constituerat, regni Bohemici Tribunal Bohemos adire iussit. SCHIEFERDECKER ad Ant. Tabr. Qu. 6. p. 15. HENELII Silesiogr. Cap. 3. STRYCK de jure Siles. Sax. cap. 3. Nec minus crebræ factæ sunt appellationes ad civitatem Spirensis, LEHMANN Chr. Spir. L. 4. C. 21. pag. 337. Lubecensem, MEVIUS ad jus Lubec. prælim. n. 21 seq. Germersheimensem, MERCKEL-BACH. ap. KLOCK. T. 1. Conf. 9. n. 18. nec non ad scabinatum Hallensium, OCKEL de Palatio regio. Ceterum ejusmodi appellationes seu provocaciones nullam omnino vim obligandi produxerunt, sed ex mero partium factæ sunt compromisso. BÖHMER in jur. publ. univers. L. 2. C. 7. §. 18. Eleganter itaque MEVIUS l. c. Quas provocaciones, inquit, si propius inspexeris non tam appellationes quam consultaciones & provocacionem jurisdictionis dixeris. In quibus nihil imperii capit, aut sibi tribuit judex, ideoque nec compulsoriales, nec inhibitiones emittit, sed per subsidiales & requisitoriales cuncta expedit. In pronunciando titidem eam formulam usurpat, que consultacioni, quam judicio, prior est. Pater ex his permagnam hodiernæ actorum transmissioni cum provocacionibus olim factis esse similitudinem. a LUDEWIG Erläuter. der G. B. T. 5. §. 1. p. 775. not. d.

(c) Conf. Maximilian I. Cammerger. Ordn. de a. 1495. ap. LUNIG. Teusch. R. Archiv. P. gen. cont. p. 150. Das Cammergerichte soll in der ersten Instanz oder Richterung auf niemands Klag oder Anschlag Ladung erkennen oder geben, gegen diejenige, die unser Königl. und Kayserl. Majestät und dem Reich nicht ohn Mittel unterworfen sind, und doch sonst ihren ordentlichen Richter haben. Es wäre denn die Sach, daß er vor demselbigen ordentlichen Undergerichten Nicht er sucht, und ihm das kündlich ver sagt, oder mit Gesehrde verzogen wäre. Und ob jemandis solche Ladung oder Citation erlangt, soll mit allem Handel, darauf erfolgt nulla und unkräftig, und der darüber Ladung



ausbracht, Kost und Schaden, ob in dem Wiedertheil darauf gangen  
 weren, abzulegen schuldig seye. Et Cammerger. Ordn. de a. 1555. P.  
 2. T. 1. ap. LUNIG. l. c. P. gen. T. 1. p. 205. Erflich ordnen und setzen  
 wir, daß alle des heil. Reichs Verwandte und Untertanen bey ihren  
 ordentlichen inländischen Rechten und Gerichten (außerhalb der Fäll,  
 die nach laut dieser Ordnung an das Cammergericht ohn Mittel gehö-  
 ren.) gelassen, also daß ein jeder in dem Gericht, darin er ohn Mittel  
 gefessen und gebhörig ist, fügenommen werde. *Ibidem* T. 5. §. 2. und  
 soll sonst ein jeder dem Reich ohn Mittel nicht, sondern anderer Herr-  
 schaft unterworfen, oder aber solcher Sachen halben, die in eines Chur-  
 fürsten, Fürsten oder Herrschaft Gericht ohn Mittel gebhörig; bey dem-  
 selben seinen ordentlichen Richter laut der Ordnung bleiben.

S. 7.

*De iis, quæ occasione atque originem juri de non evocando  
 dederunt.*

Ad accuratam juris de non evocando notitiam comparan-  
 dam cum primis necessarium videtur, inquirere in ea, quæ  
 occasionem ipsi dederunt, atque originem, simulque rationem  
 investigare, cur præsertim ordines imp. germ. sibi, suisque di-  
 tionibus consulendi gratia, illud ex singulari Imperatoris pri-  
 vilegio tenere, e re sua putaverint. Quis enim ad vim legis,  
 atque efficaciam rite penetrabit, nisi qui rationem ejus, atque  
 occasionem probe indagare operam navat. Neminem confido  
 adeo peregrinum fore in historia imperii germ. quem fugiat,  
 ejus, cujus summum hodie Ordines imperii attigerunt  
 cacumen, potentiæ primordia, temporibus mediæ ævi esse qua-  
 renda. Sub ipsis imperatoribus Carolingicæ stirpis nonnun-  
 quam factum esse constat, ut in conferendis Ducatibus vel Co-  
 mitatibus liberorum interdum ratione habita, filius in locum  
 patris sit surrogatus. Hæc imperatorum munificentia successu  
 temporis versa est in consuetudinem, adeo, ut dignitates illæ  
 factæ sint hereditariæ, & filius provinciam patris sibi ex jure  
 sanguinis debere nullus dubitaverit. Ex quo autem provinci-  
 as imperii, sibi concreditas, velut in patrimonio numerare cœ-  
 perunt, nullam præterlabi patiebantur Procera imp. occasio-  
 nem, ut ejusmodi potestatem, quam ad posteros suos aliquan-  
 do, tanquam hereditario jure devoluturi erant, adaugerent in  
 dies,

dies, stabilirentque. Conf. HULDER. AB EYBEN *Scripta Part. 3. Diff. 8. pag. 751 seq.* Ex plurium Ducatum aut Comitatum coalitione potissimum hic finis obtineri poterat. Quibusdam Imperatorum, quam varia ratione sibi conciliare intellexerunt, liberalitas, ac benevolentia auxiliatrices ad hoc manus porrexit, pluribus simul regionibus unum eundemque, ex singulari favore, præficiendo. Marchiones egregiam nacti sunt occasionem, potestatis suæ ambitus expugnatione finitimarum regionum, quas tamquam belli jure acquisitas sibi ipsis retinuerunt, ulterius protendendi. Alii incrementa potentiae suæ emtionibus debebant, atque hereditatibus. Multi per pacta de mutua successione, ac defensione, amplissimas terras, inter plures divisas, sub unius imperio confosidarunt. Talia pacta, et si illa Majestati Cæsareæ periculosa fuisse constet, tamen Imperatores confirmarunt & ratificaverunt, veriti ne Proceres, quorum potestatem ad antiquum tramitem reducere amplius non poterant, offenderent. Itaque Ordines imp. tantum consecuti sunt dignitatis fastigium, quantum ipsis Imperatoribus ambiguum esse cepit. Illorumque territoria laxiora fere complectebantur spatia, quam ea, quæ a Carolo M. tanta cum sollicitudine in plures divisa erant partes. CONRING. *de Duc. & Comit. §. 19.* LEHMANN *Chron. Spir. L. 2. C. 9. 10. 16. 17. 18. 22. 23.* Regionibus suis regali paulatim potestate imperare cæperunt, & quæ hucusque Imperatoris nomine expedienda iis fuerunt, ea jam jure proprio peragere, & locus, & tempora, commoda ipsis visa sunt. Eum in finem magistratus inferiores juri dicando præficiabant, qui mediate quidem Imperatori, immediate vero præficiendis suberant. Nec minus in territoriis suis judicia constituerunt atque ordinarunt. Quæ autem demum post promulgationem pacis profanæ, eum, quo hodie conspiciuntur, nacti sunt florem.

Eadem fere ratione qua auctoritas procerum secularium adaucta est, crevit potestas clericorum. Illi paulatim, jam seculo Caroli M., jurisdictioni judicis secularis, se, suosque subtrahendos, atque ab Imperatoribus de jurisdictione Gravionum eximendos curaverunt. Argumenta, quibus se fulciebant,



tantam gessere veritatis speciem, ut ipse Carolus iisdem commotus aliqualem jurisdictionis modum iis concefferit. LEHMANN *Chr. Spir. L. 2. C. 15. 21. 32. 33. 34.* Itaque in vitiosos christianorum mores censuris ecclesiasticis animadverterunt, & Episcopis in Clericos, in Episcopos autem Metropolitano fuit imperium. Ex quo autem advocatias imperiales, tam monasteriorum, quam civitatum, sibi comparaverunt; atque jurisdictionem in amplis sibi arrogarunt cœnobiorum, ecclesiarumque regionibus, quæ crebris mentionibus mirum in modum adæctæ erant, imprimis vero donationibus, mediæ ævi temporibus, ex singulari quodam religionis studio, factis, ad immensum exereverunt; potestas Clericorum longe aliam atque antea induit faciem, LEHMANN *l. c. L. 2. C. 35.* Jam enim clerici duplici respectu gaudent. Primo considerandi sunt quia tales, & hæc qualitate imperium ecclesiasticum gestiunt; dein quia Domini seculares, intuitu cujus qualitatæ jurisdictionem tam in civilibus, quam criminalibus causis, in omnes ditionibus suis subiectos, exercere, sibi que arrogare amplius non dubitant.

Sub Conrado II. & Henrico III. Imp. Cæsarea potestas iterum movit lacertos. Illis enim, ad pristinam Imperatorum gloriam aspirantibus, Procærum potestas admodum invisa fuit. Ut ergo fastigium tantæ potestatis, cujus tenebantur desiderio, eo potius consequerentur, amplissimas, ac præcipuas imperii terras, ditiones, & feuda, non facile concefferunt, nisi iis, qui oriundi erant e familia regia. Eum in finem Conradus Ducatum Bavarie, filio Henrico, ANONYM. *in vita Meinverci Episc. Paderb. §. 97.* Ludovico consanguineo suo, partem silvæ Thuringicæ, cum insigni terrarum tractu prope eam sito, *Diplom. in Hist. Landgr. Thur. C. 2.* ap. PAULLINI *in Anal. Usenacens.*, & Henricus Ottoni Comiti Palatino, Ducatum Alamannie. *Herm. Contract. ad a. 1045.* in feudum dederunt. Etenim hac ratione, tam Regum, quam Procærum potestate in eadem familia coadunata, tanquam Reges proinde ac Procæres, universæ Germaniæ, pro imperio, Leges obrudere potuissent. Verum sublimes illæ cogitationes, consiliaque Ordinibus imp. interi-



teritum struentia paulo post, per minorem Henrici IV. ætatem, penitus evanuerunt. Ordines imp. jam magis magisque determinare cœperunt jura sibi intuitu Imperatoris competentia. Et illis ipsis temporibus prima quærenda sunt fundamenta superioritatis territorialis statuum Germaniæ. Interim tamen auctoritate admodum conspicua Cæsares pollebant. Proceribus nimirum necessitas erat injuncta, ut ipsimet, non autem per legatum, comitiis, in quibus publicæ decidebantur causæ, adessent. Imo vero supremum judicium semper fuit penes Imperatorem. Equidem jurisdictio judicis, in curia imperiali constituti, ad omnes omnino causas, ac personas se extendebat; verum si actio, contra Principem imperii instituenta, criminalis esset, simulque capitalis, vel feuda, similiaque jura respiceret, tum ejus cognitionem ipse sibi Imperator reservaverat. *Rec. Imp. de a. 1235. C. 24. in C. R. I. Part. 1.*

Ceterum Proceribus imp. die nocteque ad id intentis, ut potestatis, & jurisdictionis suæ fines longius dilatarent, aliter fieri non potuit, quin sibi ipsis illi invicem occurrerint. Equidem disceptationes inter status J. G. subortas, a Cæsarea Majestate, ejusque supremo judicio, decidi solenne erat. Ast vero supremum judicium usque ad finem Seculi XV. in aula Imperatoris resedit, & Imperatorem quibuscunque locis comitabatur. Sæpius autem accidit ut Imperatores extra imperii fines se conferrent: alii coronationis gratia e manu Pontificis accipiendæ, Romam proficiscerentur; alii in expeditionibus cruciatis versati essent: quidam in avitis commorarentur regionibus. Factum inde est, ut summum judicium, quod semper gressum Imperatoris sequebatur, imperii finibus fuerit subductum. Accedit quod Imperatores nostri assiduo, ubi commorentur, destituantur domicilio, adeoque aula eorum olim ambulatoria fuerit. Nonnunquam corpus imperii germ. omnino sine capite fuit: quemadmodum illis temporibus, quæ magni interregni nomine plerumque notantur. Quibus aliisque multis ex causis, turbulentissimus in imperio status, & permagna non potuerunt non oriri incommoda. Etenim cum intra fines imperii adeo difficilis esset justitiæ administratio, Procerum Ger-

maniæ





mania alii auxilium extra potestatis implorarunt, cujus se submiserunt arbitrio. Clericorum praesertim crebrae fiebant provocaciones ad Pontificem, velut extra Germanorum Republicam constitutum. Quas appellaciones ad Sedem Apostolicam, per adulterinam Decretalium collectionem *Pseudo Isidori* promotas, atque munitas esse, auctoritatemque suppositiviarum decretalium hanc appellandi licentiam stabilivisse, probe asserit BOEHMERUS in *Jur. eccl. protest. L. 1. T. 29. §. 4.* Illae autem non nisi in jurisdictionis Germaniae jacturam potuerunt vergere. Quapropter ejusmodi provocaciones jam Seculo XI. Henricus IV. Imper. prohibuit. Conf. *Lambertus Schaffnaburgensis* ad a. 1073. pag. 742. *jam in eo res vertebatur ut Thuringi, improbata Synodo (Erfurtenli) sedem Apostolicam appellarent. Sed Rex sub attestatione nominis divini affirmabat, se in eum, si quis id praesumpsisset, capitali sententia animadversurum, & omnia quae ejus essent, usque ad interneconem dissipaturum - - - Rex - - - sub interminatione gratia suae (Fuldenli & Herveldenli Abbatiibus) praecipit, ut neque per se ipsos, neque per nuntium, neque alio quovis modo pro insimulanda Synodo, apostolicam sedem interpellarent. Idem sub fine Seculi XII. Henricus VI. Imp. interdiceret e re sua putavit. Conf. Auctor translationis S. Bernwardi Hildesensis Episc. C. 8. 9. p. 473 & 74. Per totam Italiam Imperatoris (Henrici VI.) editum pendere, ut quicumque reperti fuissent, qui cujuslibet causae obtentu romanam adire praesumerent ecclesiam, contumelias affertis rebusque nudati, aut vinculis arctari deberent aut ad propria redire compelli. Eam ob rem etiam ineunte Seculo XIV. querelas motas fuisse luculenter apparet ex Constitutione Ludovici Bavari de a. 1338. ap. GOLDAST. T. II. Const. imper. p. 86 seq. in qua disponitur: Ne fideles imperii coram alio judicio ecclesiastico vel seculari, quam imperiali, ratione honorum, ab Imperatore collatorum respondeant. Ordinum imperii quidam, eorumque subditi, Principum extraneorum sese commendaverunt protectioni. Ab ipsis interdum Imperatoribus Principes extranei ejusmodi literas protectorias super urbibus quibusdam, aliisque statibus imperii, tam mediatis, quam immediatis, obtinuerunt. Quibus effectum, ut membra imperii mediata, tam in civilibus causis, quam*



quam criminalibus, ordinaria Domini territorialis jurisdictioni se subducentes, ad judicia extra Germaniæ fines sita, non absque attenuatione auctoritatis imperii, convolaverint. *Capitulatio Ferdinandi IV. art. 6.* In Germania vindicta privata, & ulciscendi cupiditas, ita invaluit, ut quamvis jam dudum Imp. Carolingicæ stirpis, & inter subsequentes Fridericus I. 2. *Fend. 27. § Fend. 10.* Fridericus II. Albertus II. & Fridericus III. inprimis de coercendo removendoque hoc malo cogitaverint, Proceribus tamen cuncta fere dissidia diffidationibus persequi solenne fuerit. Vis igitur atque arma controversias germanorum, velut qui ad statum naturalem reversi essent, decidebant. Præpotentibus imbecilliores cedere fas fuit, nec adeo frequens atque illo tempore unquam fuit querela: pacem atque justitiam exules in germania esse. Ordinum imp. potentiores turbulentis hisce temporibus probe utebantur, ut potestatis suæ ambitum ulterius extenderent. Potestas eorum, quam omni procul dubitatione ex jure sanguinis, sive hereditario obtinebant, eo ipso in majus excrevit, quod vicini potestatem imminuerint. Veluti in silva spissa atque opaca, ubi omnes simul surgunt arbores, ramosque expandunt, minor ab altiore supprimitur, tenuiorque per ramos robustiores incurvatur. Simili ratione statibus imp. illo jurisdictionis ambitu, quo hucusque uti erant, non contentis, verum ad ampliorem adspirantibus, fieri aliter non potuit, quam ut vel personas, vel causas alterius judicio subjectas, suæ jurisdictionis facerent. Procerum itaque aliqui, alterius subditos coram judicio suo vocantes, hac ratione conventum coegerunt, ab illo, quem non ut judicem agnovit, accipere sententiam. Accedit, quod tribunalia hinc inde ab Imperatore constituta, *Kays. Hof- und Land-Gerichte*, concurrentem sibi cum Dominis territorii jurisdictionem arrogaverint. Quæ multiplicia fora non nisi emulationes, motus, atque dissidia, cum inter judices, tum inter partes, procreaverunt; ita, ut e re visum sit Proceribus imp. de consiliis cogitare, quibus ab alienis hisce judiciis se, suosque possent eximere. Propter temerariam ejusmodi tam caufarum, quam personarum evocationem, gravamina subin-



de prolata sunt contra judicia Westphalica. *Conf. Reformatio Friderici III. de a. 1442. Francof.* Eandem ob causam circa a. 1459. Ludovicus Dux Bavariae de Alberto Marchione Brandenburgico conquerebatur, quod hic, tanquam iudex provincialis Franconiae, jurisdictionis suae limites usque ad Palatinatum superiorem extendere voluerit. MÜLLERI Reichstags Theatr. sub Friderico III. Vorsi. 3. C. 30. Causae saeculares, imo nonnunquam super quibus inter ipsos imperii Proceres disceptatio intercedebat, ad judicia ecclesiastica trahebantur. Inter alia notatu omnino dignum videtur, quod sub praetextu denegatae sibi ab Imperatore iustitiae, Ericus Dux Lauenburgensis Fridericum Landgravium Thuringiae ac Marchionem Misnensem, super Ducatu Saxoniae & Archimarescallatu, nec non jure eligendi Regem Rom. coram Basileensi concilio in causam trahere nixus sit, praetendens, Ducatum, Officium, & jus supra dictum, tam hereditario, quam sibi factae ab Imperatore infeudationis jure, sibi deberi. *Conf. Editum Sigismundi de a. 1434. Ulmae ap. LUNIG. l. c. P. gen. Cont. p. 46.* Ita laicorum causae promiscue ad Episcopos sunt devolutae, ab Episcopis vero ad Pontificem provocatum est. Et si ab initio propter clericorum sanctimoniae & integritatis opinionem, & sedis apostolicae auctoritatem, fere ex compromisso hoc factum esse videtur; successu tamen temporis id eo degeneravit, ut mandata sibi inter partes jurisdictionem excommunicationis poena clerici defendere conati sint. Quibus ita comparatis acerbissimae propterea non potuerunt non oriri querelae. Ejusmodi querelae prolatae sunt a Marchione Misnensi, cui autem tribus diplomatibus Martinus V. Pontifex a. 1421 id impertitus est, ne subditi ejus posthac in causis pecuniariis, civilibus neque criminalibus coram judiciis ecclesiasticis unquam sint conveniendi. Bullas Pontificis vide ap. MÜLLEUM l. c. sub Maximil. I. P. 2. Vorsi. 3. C. 20. p. 67 seq.

Ultra oleas vagari videar, si pluribus factis ex historia desumptis abusus hosce illustrare studeam. Consilia pro tollendo hoc malo & penitus extirpando capta, (quae in sequentibus subjiciuntur) luculenter demonstrant quam altas illud egerit radices.

dices. Cepit tandem proceres imp. odium hujus turbulentissimi status, & evocationis promiscuæ, utpote quæ non in jus vocatis solum, sed etiam Ordinibus imperii, ut & universo imperio in perniciem contemptum ac jurisdictionis dehoneftationem cederet. Equidem jam dudum Procerum imp. quidam ab Imperatoribus privilegia certa obtinuerant, quibus tam a jurisdictione Præfectorum imperialium & Tribunalium cæsareorum Kayserl. Hoff und Land-Gerichte exempti sunt, quam quibus usurpationes, atque interpellationes Costatum, a suæ jurisdictionis finibus arcere possunt. Verum per specialia hæc privilegia nedum universo imperio germ. consultum fuit. Ut ergo plena auctoritas ac jurisdictione totius imperii restitueretur, Proceres subinde MÜLLER *l. c. sub Friderico III. Vorst.* 4. C. 40. Vorst. 5. C. 14. 15. 44. Vorst. 6. C. 3. 4. 21. 22. 40. 41. imprimis vero in comitiis Wormatiensibus a. 1495 mirum in modum urserunt, ut diffinitiones tollantur, tranquillitas in imperio restauretur, & judicium ex aula Imperatoris in locum stabilem ac fixum, & statibus imp. commodum transferatur. *Dett. de pace publ.* L. 5. C. 7. §. 24. 37. 42. 47. Itaque tandem Maximilianus I. pacis publicæ restaurator, a. 1495 judicium camerale, & tum quidem Francofurti, constituit; simulque statibus imperii, quibus superioritatem intuitu subditorum suorum confirmavit, ut ibidem querelas suas proponerent, injunxit. Præterea, ut executio sententiarum cameralium eo melius absolveretur, imperium in circulos divisit. Ex illo tempore univ. Germania quasi reviviscere cœpit. Innumera enim ex constitutione judicii cameralis ad Germanos redundaverunt commoda. Quilibet intellexit se coram hoc judicio querelas suas proferre, & actiones secure inflituere posse. Provocationes atque recursus ad sedem apostolicam, ceteræque evocationes extra imperium, quodammodo cessarunt. Jam enim aderat tribunal, ubi omni tempore fas esset desideria sua exponere. Subsequenti tempore jurisdictione imperii, per singulos fere annos, magis magisque est stabilita. Et Imperatores & Ordines imp. animo ad id intenti, conjunctis viribus illud ad optatam metam perducere laborarunt. Illi omnes extraneorum Principum, tam



secularium, quam sedis apostolicæ, interpellationes, quibus in perniciem & diminutionem jurisdictionis imp., vassallos atque subditos imperii mediatos ad foranea tribunalia in jus vocare moliebantur, avertere, penitus tollere, atque antiquam imperii auctoritatem conservare, pro virili studuerunt. Eum in finem saluberrimas, imprimis Maximilianus I. atque Carolus V. tulerunt constitutiones. Quæ pro basi sunt iis ordinationibus, quæ sub regimine sequentium Imperatorum passim Recessibus imperii eam ob causam sunt insertæ. Quod vero ad Ordines imp. attinet, de illis jam supra dixi, quod eorum permulti, suæ superioritatis contra costatum usurpationes tuendæ gratia, privilegia de non evocando ab Imperatoribus obtinuerint. Hæc alii iterum confirmari curarunt, alii quibus ea indulta nondum fuere, illa demum post promulgationem pacis publicæ, prout cuique occasio opportuna visa est, ex singulari Imperatorum favore, impetraverunt. Præmissis itaque hoc qualicunque conspectu historiæ privilegii de non evocando, ex quo tam rationem hujus legis, quam ejus occasionem in lucem positam esse confido, ceteris omnibus omisissis ambagibus, ipsam juris de non evocando evolutionem atque explicationem aggrediar; ex constitutionibus imperii, ut & privilegiis, in gratiam juris de non evocando latis, præcipua loca, prout maxime expedi. e visum fuerit, in sequentibus adducturus.

§. 8.

*Jus de non evocando extra imperium germ. tanquam effectus  
autonomiæ consideratur.*

Agendum erit primo loco de evocationibus extra imperium. Quæ de autonomia, civitatibus sensu Juris Gent. immediatis & liberis competente, præclare scripsit Ill. HENR. DE COCCII in elegantissimo libro de *Autonomia Juris Gentium* luculenter probant, evocationes ipsi conditioni atque naturæ imperii germ. contrariari. Quis est, qui inficias ire conetur, imperium germ. ad civitates, quæ sensu jur. gent. immediatæ atque liberæ dicuntur, esse referendum? Vocatur enim a DD.  
Juris

Juris Gent. libera & immediata civitas, cui neque ex jure victoriae naturalis libertas adempta est, sed quae illam a primaria sua congregatione retinuit; neque ut pars alterius Gentis spectari debet, sed per se totum quoddam efficit. Quoniam vero civitatibus hoc significatu (ab eo, qui a DD. Jurispubl. Imperii germ. huic vocabulo tribuitur longissime distante) immediatis & liberis autonomia nunquam non debet adscribi; in aprico positum esse confido, imperio nostro autonomiam minime posse denegari. Vis autem & efficacia autonomiae in eo se exerit, ut propriis legibus, magistratibus, atque judiciis utantur illi, qui autonomia gaudent. Quodsi itaque quis membrum quoddam imperii nostri s. mediatum, s. immediatum, evocare, i. e. coram judicio extra Germaniam sito ad respondendum in causa citare velit, impediret quo minus illud proprio magistratu judiciisque propriis utatur, simulque facultatem vi cujus controversiae civium imperii nostri secundum LL. patriae decidi debent, adimeret. Quae omnia cum sine violatione autonomiae, quae imperio nostro, tanquam civitati liberae simulque immediatae, competit, procedere nequeunt; & non nisi in contemptum atque attenuationem jurisdictionis Germaniae vergunt; palam erit, evocationes extra Germaniam factas, ipsi notioni imperii nostri adversari. Adeoque per ipsam naturam, ac constitutionem imperii, evocationes ad extranea judicia esse prohibitas, atque injustas.

S. 2.

*Evocationes extra imperium specialibus legibus prohibentur.*

Quamquam vero immunitas Germanorum a judiciis extraneis, ex ipsa imperii nostri notione, ejusque autonomia certissime fluit; tamen saepe, imo sapissime in contumeliam, & contemptum libertatis atque jurisdictionis imperii, germanos coram judiciis extra imperium conventos esse, tot tantaque ostendunt exempla. Itaque ut libertati imperii, efficaciae juris, auctoritati magistratum, civiumque saluti eo potius consulatur, expressis legibus id caveri placuit, ne Germanos, ad aliud

C 3

judi-



iudicium extra imperii limites situm citatus, comparere teneatur. Sepe enim iura atque obligationes per leges non adeo constituuntur, quam potius ad cognoscendum proponuntur. Eum in modum evocationes extra imperium expresse prohibentur in *Rec. imp. Trev. & Colon. de a. 1512. art. III. §. 14.* ap. LUNIG: *Reichs-Archiv P. gen. cont. p. 314:* Wo aber hinwieder jemand den andern mit ausländischen Gericht fürnehmen oder belästigen, Ladung und Proceß ausbringen würde, so sollen dieselbe Proceße und Handlung, und was darauf erfolgt wäre, nichtig und unbindig seyn, und den Widertheil nichts verpflichteter oder binden, auch der Kläger durch des Uebertreters Obrigkeit oder unsern Kayserl. Fiscal um gebührende Strafe fürgenommen werden. Nec minus a Carolo V. Imperatore: *Conf. Mand. Caroli V. datum Bruxellis d. 3 Octob. a. 1548. ap. GOLDAST. Const. imp. T. II. pag. 339:* *Serio mandamus, ut nostram & imperii, vestramque superioritatem, jurisdictionem, feuda, bona, & iura conservetis, neque vos neque vestros vasallos & subditos ad externa & foratua tribunalia in jus vocari trahere sinatis, neque externorum principum jurisdictioni vos aut vestros ratione quorumcunque honorum imperii jurisdictioni subditorum quovis modo submittat, neque citati compareatis, tam ratione personarum, quam honorum, sed potius antiquos imperii limites conservare studeatis, & si quid a quopiam extraneo principe aut quovis alio attentari contigerit, ei pro virili resistatis, nosque & Fiscalem iudicii Camere citra ullam cunctationem certiores reddatis, quo in omnem casum de congruo remedio possit provideri.* Idem rogatum est in *Rec. imp. noviss. §. 164:* Auch insgemein die Evocationes für fremde Gericht und ausserhalb des Reichs, wie sie denn ohne das bey unserm Reichs-Hofrath und Cammer-Gericht nicht geachtet, keinesweges zugelassen. Denique convocaciones ille extra imperium advertantur *Capital. noviss. ubi Imperator art. 27. §. 3 & 4. promittit se provisorum: damit s s männiglich fort hin in Unserem und des Heil. Röm. Reichs alleinigen Schuß und Vertheidigung gelassen, und Churfürsten, Fürsten und Stände des Heil. Reichs (die unmittelbare Reichs-Ritterschaft mit begriffen) und allerseits angehörige Unterthanen, ohne imploration in- und auswärtigen Anhangs und Assistenz bey gleichem Schuß und Admi-*

Administration der Justiz in Religion- und Profan-Sachen = =  
 erhalten, die hiewider eine zeithero verübte Misbräuche, da zum öf-  
 tern die Rechtfertigungen von ihren ordentlichen Richtern ab- und  
 an andere ausländische Potentaten gezogen worden, abgestellt = =  
 werde.

## §. 10.

*Brevis explicatio harum legum.*

Ex quibus pronò alveo fluit 1. Citationem ab extraneo  
 iudice emissam esse invalidam, reumque non teneri ut ejusmo-  
 di citationi se conformet. 2. Sententiam ab extraneo iudice  
 latam non producere obligationem in eo, qui extra imperium  
 evocatus est; sed ipso jure esse nullam. 3. Reum a iudice ex-  
 traneo evocatum, recte exceptione fori declinatoria uti; in  
 iudicio autem se sistentem injuste agere. 4. Actorem, qui al-  
 terum ad iudicium extraneum rapere conatur in pœnam arbi-  
 trariam incidere. 5. Membra imperii germ. five immediata,  
 five mediata jurisdictioni iudicis extranei se sponte submittere  
 nullo modo posse. 6. Evocationes extra imperium semper, &  
 ubique esse illicitas; atque hanc prohibitionem adeo generali-  
 ter esse intelligendam, ut ad omnes omnino causas se referat  
 atque personas, nemine excepto, ne Proceribus quidem impe-  
 riis, qui tanquam cives imperii coram Imperatore & supremis  
 imperii tribunalibus forum sortiuntur, neque ad tribunalia ex-  
 tra Germaniam constituta convolare debent.

(a) Hocce jus de non evocando extra imperium Germ. eo usque procedit,  
 ut ne ipsa quidem Imperatoria Majestas, Status imperii extra Germani-  
 am, intuitu controversiæ, seu processus iudiciarii, ad se accersire possit.  
*Capitul. noviss. Art. 16. §. 2.*

(b) Optime itaque egit Carolus Alexander Dux Württembergicus linea  
 Stutgardienfis, in controversia, que sibi cum Baronibus *de l'Esperance*  
 intuitu successioneis Montis Bellicardi intercedeabat, jurisdictionem Parla-  
 menti Parisiensis recusando. *Conf. KÖNIG Selecta Jur. publ. T. 16. p.*  
*356. MOSER Staats-Archiv 1753. T. 1. p. 718. & 739. Le droit*  
*publice germanique C. 10. p. 544. seq.*

## §. 11.



§. II. in titulo ad notariis  
 Recurrit ad Rotam romanam.

Hactenus de *curiis* onibus extra imperium ad judicia foraneæ secularia fatis actum est. Postulat jam instituti ratio, ut pauca de evocationibus ad judicia ecclesiastica proferamus. Pertinent huc præcipue evocationes ad Pontificem, & summum, quod Romæ floret, iudicium ecclesiasticum, quod vulgo *Rota romana* vocari solet. Dicuntur autem ejusmodi evocationes ad supremum hocce ecclesiasticum tribunal. *recursus ad Rotam* s. *curiam romanam*. Ex conspectu illo qualicunque, quem supra (§. 7.) de origine, atque occasione evocationum extra imperium Germ. delineavimus, apparebit, recursus hocce ad curiam rom. jam temporibus mediæ ævi nonnunquam fuisse adhibitos. Eapropter tum Henricus VI. Ludovicus Bavarus, aliique Imp. suum putarunt providere, ne quid inde auctoritas jurisdictionis cæsareæ capiat detrimenti. Nihilominus vero subsequenti tempore romani Pontifices, neglecta communi æquitate, quæ distinctos jurisdictionum limites esse jubet, jurisdictionem imperii germ. disturbarunt. Quod cum tam in contumeliam autonomiæ imperii vergeret, quam & Imperatori, & Proceribus intolerabile, ac contra omnem justitiam fieri visum fuerit; frequenter de tollendo hoc malo in comitiis deliberaverunt. Actum est hac de re in comitiis Wormatiensibus a. 1495. & Lindaviensibus a. 1469. sed fere nihil hac in re profectum esse constat. Similes querelæ Procerum imp. continentur in *Abschied des Reichs-Regiments zu Nürrenberg* de a. 1501. ap. LUNIG. *Deutsch. Reichs-Archiv P. gen. cont. p. 252 sq.* Nec non in decem gravaminibus nationis germanicæ, Maximiliano I. a. 1510 a statibus imp. exhibitis, usurpationes atque interpellationes Pontificis hisce verbis exponuntur: *Causæ, quæ in Germania, in qua etiam docti & justii judices sunt, terminari poterant, ad Tribunalia romana indistincte trahuntur.* ap. LUNIG. *l. c. P. gen. cont. p. 299.* Reiteratæ sunt querelæ statuum in comitiis Norimburgensibus a. 1522. & Augustanis a. 1530, ubi demum Carolus V. Imp. abolendi hujus mali Proceribus spem sub-



subministravit. Conf. N. N. zu Augsburg de a. 1530. §. 132. ap. LUNIG. l. c. p. 561. Itaque etsi Carolus a. 1548. peculiari quodam mandato (quod supra §. 9. adduxi) evocationibus Romanam factis obicem ponere studuerit, tamen malum hoc, quod tam altas radices egerat, prorsus evelli non potuit. Conf. *Dn. de LUDOLF Jus Camer. p. 58. n. 19. Et p. 146. §. 20.*

## §. 12.

*Gravamina statuum imperii contra Pontificem.*

Querelæ autem Procerum imp. contra sedem apostolicam toties in comitiis motæ, non solum ipsum Pontificem & Curiam rom. respiciunt, sed etiam Nuntios apostolicos, Delegatos, Commissarios, Conservatores, Vicarios, Officiales, & quoquo nomine insigniuntur omnes, qui jurisdictionem Pontificis extra Italiam exercere sibi præsumunt. Hi enim omnes, etsi in Germania sint præsentis, nihilominus tanquam iudices extranei considerari debent, siquidem Pontificis nomine jurisdictionem expediunt. Gravamina vero Ordinum imp. pontificum sequentibus positionibus absolvuntur. Conqueruntur I. Laicos non raro in causis civilibus, puta pecuniariis, hereditatum, injuriarum, pignorum, aliorumque contractuum, coram Pontifice romano, & quidem in prima instantia in jus vocari. Conf. *Gravamina derer Reichsstände wider den Römischen Stuhl und ganze Clerus, auf dem Reichstage zu Nürnberg ao. 1522 dem Pabstl. Nuntio übergeben. Cap. 5. ap. LUNIG. l. c. P. gen. cont. p. 408.* II. Quemlibet, si Romæ interposito juramento adseruerit, se non sperare justitiam apud iudicem competentem in Germania consequi se posse, statim ad tale juramentum admitti, citationemque ei contra partem adversam decerni. *Ibid. l. c.* III. Processum judicarium, ad solam petentium querelam, a iudicibus ecclesiasticis decerni, etiam in causa civili, anteaquam summarie saltem actor docuerit, justitiam a magistratu civili sibi esse denegatam. *Ibid. Cap. 54.* IV. Causas civiles ad iudices ecclesiasticos periniquè trahi, etiam si hi indubitanter perspectum habeant, ita in jus vocatos ad ditionis suæ

D

termi-



terminos minime pertinere, *ibid.* Cap. 42. & a magistratu civili iustitia & juris executio actoribus neque sit procrastinata, neque denegata, *ibid.* Cap. 6. 7. 40. 41. V. Officiales contractus civiles juramento confirmatos eapropter suæ jurisdictioni vindicare. *Ibid.* Cap. 48. VI. Vocatos in jus, si ire recusaverint, excommunicationis fulmine feriri. *Ibid.* Cap. 6. VII. Judices ecclesiasticos a litigantium laicorum superioribus nulla ratione induci posse, ut ad se in causa civili in jus vocatos ordinariæ jurisdictioni remittant. *Ibid.* Cap. 43. VIII. Personas litigantes, si demum ad instantiam superioris causa ad ordinarium remittatur tribunal, tamen gravibus onerari expensis. Quas persolvere si forte reculent, anathematis gladio illos cogi. *Ibid.* Cap. 42. 44. IX. Judices ecclesiasticos quasi possessionis, & adimpletæ præscriptionis prætextu, laicorum controversias coram se dirimendas præsumere. *Ibid.* Cap. 55. X. In causis promiscuæ jurisdictionis, iudicibus civilibus sub pœna excommunicationis interdici, ne concessam sibi hac in re provinciam, & jurisdictionem exerceant. *Ibid.* Cap. 53.

## §. 13.

*Constitutiones imp. quibus Recursus ad Pontificem in causis secularibus prohibentur.*

Itaque querelis, contra usurpationes Sedis Apostolicæ, iudiciorumque ecclesiasticorum, a Proceribus imp. toties reiteratis, iplisque acriter monentibus, quod hæ jurisdictionum conflictiones in contumeliam, & confusionem jurisdictionis imperii, in contemptum majestatis imperialis, & in injuriam Germanorum vergant, tandem a. 1653. per *Art. 17. Capitulationis Ferdinandi IV.* evocationes atque recursus ad curiam rom. sunt abolitæ. Verba autem dictæ capitulationis huc spectantia sunt, quæ sequuntur: *Stiechergestalt wollen wir auch die etlicher Orten eingeriffene Mißbräuch, dardurch die causæ civiles von ihren ordentlichen Gericht im Heil. Reich ab- und ausser dasselbe ad Nuntios apostolicos, und wohl gar ad curiam romanam gezogen worden, abschaffen, vernichten und ernstlich verbieten, auch unserm Kayserl.*

*Fif.*

*Officium* sowohl bey unserm Kayserl. Reichs-Hofrath, als Cammer-  
Gericht anbefohlen, wieder diejenige sowohl Partheyen als *Advoca-*  
*ten, Procuratoren* und *Notarien*, die sich hinfuro dergleichen anmas-  
sen, und darinn einigergestalt gebrauchen lassen würden, mit behöris-  
ger Anklag von Amtswegen zu verfahren, damit die Uebertreter dem  
nächst gebührend angesehen und bestraft werden mögen. ap. *Luwig.*  
l. c. *P. gen. cont.* 2te Forts. p. 189. *Quaer verba, non obstante*  
*protestatione a Nuntio apostolico interposita, omnibus recen-*  
*tioribus Capitulationibus inserta reperiuntur (a). Pariter re-*  
*curfus ad Rotam rom. in causis civilibus prohibentur: in §. 164.*  
*Rec. imp. noviss. de a. 1654. ubi hac de re ita dispositum est: Als*  
sich denn auch die Ständ zum höchsten beschwert, daß in den Erbs-  
und Stiftern Eöllen, Lütlich und Münster, wie auch andern Orten  
des Reichs, allerhand Mißbrauch wegen Vornehmung der *Appella-*  
*tionen* und *Recursen*, von den *Officialibus ad Pontificem* und die *Nun-*  
*tios* entstehen, indeme man sich derselben fast von allen Urtheilen ohn-  
ne Unterscheid, es betreffe gleich *Civil-* oder *Profan-Sachen*, bedie-  
net, die *Jurisdictiones* wieder die Ordnung *confundirt*, die *Civil-*  
*Sachen* ausserhalb des Reichs zu fremden Gerichten gezogen, und  
die Partheyen mit Verspielung vieler Zeit und Unkosten umgetrie-  
ben werden, dahero erfolgt, daß nicht allein viel *Mandat-Proceß de*  
*casando* entspringen, sondern die *Nuntii* vielmehr durch Gegens-  
*Mandata cassatoria* denen Partheyen die Cammergerichtliche Ver-  
bot aufzuheben bey starker Geld-Pön, oder geistlicher *Censur* anzu-  
befehlen pflegen, und uns dann Churfürsten und Ständ und der  
abwesenden Räch und Gesandten um Abstellung dergleichen zu Ab-  
bruch und Schmälerung unserer und des Heil. Reichs Hoheit, auch  
*Confusion* der *Jurisdictiones* gereichender unordentlichen nachtheil-  
gen *Procedurn*, durch bequeme thumliche Mittel der Gebühr ersuz-  
chet. So wollen wir in Erinnerung, was auch dieser Sachen halb-  
ber bereits im Jahr 1548 den 3 Octobris von weiland unserm ge-  
liebten Vorfahren am Reich, Kayser Carl dem Fünften, an die  
Ständ des Reichs vor *Rescripta* und *Mandata de non evocando* vor-  
gegangen, an den Päpstlichen Stuhl zu Rom hierin die Nothdurft  
dahin bewegtlich gelangen lassen, damit den *Nuntii* dergleichen ohn-  
zulässiges Verfahren im Reich und über dessen Glieder und Unter-  
thar



thänen mit Ernst verboten, und firters nicht mehr gestattet, und da dargegen ichtwas attentirt oder gehandelt würde, solches keine Kraft haben, sondern wiederum *castit*, aufgehoben = = = auch im libris gen dasjenige, was die Ständ wegen der *Nuntiorum absolutioem a juramentis*, und daß dergleichen *relaxationes* in den Gerichten, sie geschehen denn von dem ordentlichen Richter, *ad effectum agendi* nicht zu attendiren seyn sollen, hiebey erinnert, beobachten (b). ap. LUNIG. l. c. P. gen. Tom. 1. p. 615. add.: *Literæ Patentes Imp. Josephi I. ad Leodienses in puncto Recursus ad officialem Colon. & Nuntium Pontificis Rom. Vienna d. 5 Sept. 1707. ap. DN. DE LUDOLF in Jur. Camer. in Append. II. p. 80 seq.*

(a) *Capitul. Noviss. Art. 14. §. 4.*

(b) *ESTOR vindicia secundum libertatem ecclesiarum german. postulatæ a Pontifice Rom. contra appellationes ad ejus legatos, supremumque tribunal rom. quod Rotam vocant; ad illustrandum Recessum imp. novissimum, §. 164. & Cap. 14. Capit. Caroli VI.*

§. 14.

*Intellectus harum constitutionum.*

Quæ cum ita sint, sole clarius apparet, per hocce imperii constitutiones omnes causarum civilium, ad Nuntios apostolicos, Officialesque reliquos Pontificis, delationes, imo etiam evocationes ad curiam rom. serio esse prohibitas, abolitas, atque annihilatas. Adeoque si quis in causa civili ad judicem ecclesiasticum vocatus est, citationes, & reliqui judiciarii processus sunt invalidi. Tantum igitur abest, ut suprema imperii tribunalia in causis civilibus recursus ad Nuntium apostolicum, & curiam rom. alterutri partium litigantium permittere queant, ut potius reo sub pœna pecuniaria interdici soleat, ne ejusmodi recurfu ullo modo utatur. Sententiis autem, si quæ a Pontifice, vel Nuntio apostolico latæ sunt, etsi ipso jure nullis, per mandata cassatoria & revocatoria omne robur, omnisque admittitur efficacia. Advocato fisci imperialis, tanquam accusatori publico, incumbit vigilare, ne quid in contentum jurisdictionis imperii fiat, & non solum contra partium alterutram, quæ recursum ad curiam rom. instituit, sed etiam contra Ad-  
voCa-

vocatos, Procuratores, Notarios, & reliquos, qui ministerium auxiliumque litigantibus hacin re suppeditaverunt, actionem coram judicio camerali, sive aulico movere. Accusati autem hac ratione, si arguta violationis jurisdictionis imp. redargui possunt, pœna arbitraria, gravitati delicti conformi, coercentur.

(a) Quoniam vero hæc constitutiones ad tuendam solum jurisdictionem imperii tendunt, non vero ad infringendam jurisdictionem Pontificis, Cæsarea majestas sancte promittit in *Capitul. Noviss. Art. 14. §. 5.* se omnem operam navaturam esse, ut cause seculares probe ab ecclesiasticis distinguantur, & de causis dubiis, quæ promiscuæ jurisdictionis esse videntur, per amicabilem compositionem cum Sede apostolica transigatur; ita, ut neque magistratus ecclesiasticus, neque secularis, ulla ratione in exercitio jurisdictionis suæ turbetur. Utinam hæc separatio causarum civilium ab ecclesiasticis jamjam esset instituta, atque perfecta; at vero nec in presentibus comitiis quidquam hac de re conclusum. In causis igitur ecclesiasticis, recursus ad Nuntium apostolicum, & ipsum Pontificem, neutiquam prohibetur. Permultum autem hac in re intercedit discriminis inter Catholicos & Augustanæ confessioni addictos. *Capit. noviss. Art. 14. §. 6.* Etenim contra Evangelicos tota jurisdicção ecclesiastica suspensa est, per *§. 48. Art. 5. Instr. P. Osnabr.* adeo ut illi neque Pontificis, neque Officialium ejus auctoritatem, agnoscerè teneantur. Evangelici nimirum in causis ecclesiasticis subsunt jurisdictioni Principis sui, cui supremum jus circa sacra competit, deinde consistoriorum, hunc in finem a Principe constitutorum, *BÖHMER jus eccles. Protestant. T. I. L. I. Tit. 28.* nisi Catholici a. 1624. notorie in possessione, & quasi exercitio ejus fuerint; & Evangelici Catholicorum jurisdictionem ecclesiasticam dicto anno agnoverint.

§. 15.

*Proceres imperii jus de non evocando ex privilegio Imperatoris tenent.*

Ab evocationibus extra imperium, certa ratione differunt evocationes extra territoria Statuum imperii. Nonnunquam enim Proceres imp. inter se tanquam extranei Principes considerari possunt; adeo, ut alterius Principis subditos coram judiciis alterius conveniri nefas sit. Hac ratione quilibet judex, qui extra territorium Status cujusdam imp., licet intra fines Germaniæ constitutus est, intuitu territorii ejus, pro extraneo



habetur. Competit autem quibusdam e Statibus imp. facultas, prohibendi, ne subditi ad alia iudicia, quæ extra complexum sui territorii constituta sunt, in jus vocentur, etiam si ejusmodi iudicia de regula, secundum jus commune, concurrentem cum foro domicilii habeant jurisdictionem. (§. 2. 26. usque ad 30.) Cave autem, ne forte existimes, id tanquam effectum superioritatis territorialis debere considerari. Ex qua enim si descenderet, jus de non evoc. necessario omnibus, ac singulis Statibus imp. adscribendum esset; quoniam superioritas territorialis, intensive considerata, omnibus eadem est. Quod tamen LL. publicæ aliter testantur. Siquidem per magnos Ordinum imp. numerus salva superioritate territoriali jure de non evoc. destituitur (a). Aliud igitur fundamentum hujus juris indagandum est. Equidem asserere non dubito, concessionem juris de non evoc. unice Imperatori, fonti omnis justitiæ, tanquam reservatum Cæsareæ Majestatis esse adscribendam (b). Competit igitur illud Statibus imp. ex privilegio. Raro ea propter LL. publicæ jus, frequenter autem PRIVILEGIUM de non evocando commemorant. *Capitul. noviss. Art. 18. Wir wollen* *einem jeden bey seinen Privilegiis de non - evocando* *bleiben lassen* *In Ertheilung aber der Privilegiorum de - non evocando* *die Nothdurft väterlich beobachten.* Quæ cum ita sint, ea, quæ de privilegiis generatim prædicari solent, ad privilegia de non evoc. Statibus imp. competentia recte applicaveris. Itaque salvo semper jure unius cujusque permitti debent, i. e. ita, ne quid inde ulla ratione tertius, detrimenti capiat. *Capit. noviss. l. c. §. 6.* Acquiruntur illa duplici ratione, duplicique modo conceduntur. Titulus enim quo acquiruntur vel est onerosus, vel lucrativus. Modus autem concesso privilegio utendi, vel *illimitatus* est, vel *limitatus*. Inde privilegium de non evocando recte dispescitur in *illimitatum*, & *limitatum*. De utroque figillatim dicendi locus erit.

(a) Contraria quidem sententia defensoribus haud destituitur. Etenim PFEFFINGER in *notis ad Virvarium* L. 3. T. 17. §. 27. *not. d.* RUMELINUS in *dissert. ad Aur. Bull.* P. 2. dist. l. §. 2. aliique viri preclaræ famæ atque eruditionis, privilegia de non evoc. ad omnes omnino imperii

imperii Status extensa esse adferunt. Fulciunt sententiam suam dispositione *Ordinat. Cameral. de a. 1495. Tit. 26.* Ein jeder soll seine Unterthanen in seinen ordentlichen Gerichten, Rechten und Oberkeiten bleiben lassen. *Nec non Rec. imp. Trevir & Colon. de a. 1512.* daß ein jeder in dem Gericht darin er ohn Mittel gehörig ist fürgenommen werden soll, *ut & Capitul. Caroli V. Art. 15.* Auch die Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und den Adel, auch andere Stände und Unterthanen des Reichs mit rechtlichen oder gültigen Tagessummen userthalb Teutscher Nation, und von ihren ordentlichen Richtern nit tringen, erfordern, noch fürbeseiden. *Conf. Capitul. Noviss. Art. 13. §. 3.* Quorum sententia cum subscriberem, vereor ne privilegium de non evoc: haud satis accurate a beneficio primæ instantiæ distinxisse videar. Textus enim allegati neutiquam agunt de privilegio de non evoc. Statibus imp. ab Imperatore concessio, sed de beneficio primæ instantiæ. Verba autem capitulationis Caroli V. evocationem extra imperium Germ. prohibent. Adeoque privilegii de non evoc. ad omnes imperii Proceres facta extensio ex iis neutiquam poterit probari.

(b) Incidimus in questionem, utrum etiam Sedes Apostolica subditis imperii germ. privilegium de non evoc. impertiri possit? Ad quam enucleandam distinguendum esse videtur: *Utrum privilegia Pontificis dirigantur ad tollendas evocationes causarum secularium, an ecclesiasticarum.* Priori ratione privilegium Pontificis plane est superfluum, quoniam evocationes causarum secularium ipso jure nullæ sunt (§. 13. 14.). Neque Pontifici, neque Officialibus ejus, intuitu causarum secularium ullum jus competit. Cui autem non est jus, ille per concessionem privilegii juri neque renuntiare, neque illud remittere potest. *Posteriori* autem respectu iterum dispiciendum, est cui concedatur, *utrum Catholicis, an Augustanæ confessioni addictis.* *Hoc casu duo distinguenda sunt.* Evangelici quibus indulgetur *vel* hac in re a. 1622. jurisdictionem ecclesiasticam catholicorum agnoverunt, *vel* minus. *Si hoc, ex* iisdem quas supra addidi rationibus, privilegio Pontificis opus non est. *Ceteris* in casibus enumeratis privilegium Pontificis omnino prodesse potest. Siquidem secundum ipsa principia Catholicorum Sedi Apostolicæ jurisdictioni ecclesiasticæ competit (*not. a. §. 14.*) cui illa per privilegiorum concessionem renuntiare potest.

§. 16.

*Privilegium de non evoc. illimitatum.*

Privilegium de non evoc. illimitatum, quemadmodum immunitatem a jurisdictione omnium omnino judiciorum extraneorum tribuit, ita illud ad omnes causas indistincte se refert, ejusque utilitas in omnes personas, absque ulla restrictione,



ctione, redundat. Subditorum enim ejusmodi Status imperii, cui Cæsarea Majestas privilegium de non evoc. illimitate largita est, nemo, sive sint Principes, Comites, Barones, Nobiles, Vasalli, sive cives, burgenfes, rustici, aliive cujuscunque ordinis, dignitatis, conditionisque sint, ad extranea judicia in jus trahi potest. *Deinde* hæc immunitas a jurisdictione extranea quamlibet causam respicit, adeo, ut ne in ulla quidem causa, neque civili, criminali, mixta, reali, personali, nec in quocunque alio negotio, extra territorium aliquis evocari debeat. *Tertio* hoc privilegium contra quodcunque judicium extraneum recte allegatur. Non autem quodvis judicium extraneum est incompetens. Intelliguntur ergo ejusmodi tribunalia, quibus alias concurrens jurisdictione adscribitur. Quodlibet enim privilegium ita interpretandum est, ut efficacia gaudere queat. GROTIUS *de J. B. & P. Lib. 2. C. 16. §. 4. 6.* Nullatenus enim privilegiato consultum esset, si privilegium solummodo ad exclusionem eorum tribunalium, quorum jurisdictione nulla ratione concurrere potest, dirigatur. Nonne enim absolum foret, si quis privilegio de non ferendo latrocinio se instruendum curet, cum latrocinium ipsis legibus prohibetur? Hæc vero mutatis mutandis facile ad nostram thesin applicari possunt. Afferere ergo non dubito, eos per errorem labi, qui privilegium de non evoc. ita interpretantur, ut non nisi immunitatem a giudice plane incompetente tribuat. Itaque hoc potissime intelligendum erit de ejusmodi tribunalibus, quibus jus commune quodammodo jurisdictionem concurrentem tribuit, quorum autem competentia per id privilegium tollitur. Ad ea antiquo tempore, cum facies jurisdictionum in imperio nostro aliter atque hodie comparata erat, pertinent judicia Westphalica s. Fehmica, nec non judicia Imperatoris quoquo nomine veniant, tam aulica quam provincialia, quorum permagnus numerus per Germaniam olim erat. BURGERMEISTER *Graven- und Ritter-Saal P. 2. Sect. 31. usque ad 34. nec non Sect. 48. usque ad 59.* KOCH *Anmerkungen von den weisphälischen Gerichten auch vormaligen Land-Gerichten in Deutschland.* Quibus in primis annumerantur Rothwilense & Weingartense:  
item



Item ea fora quibus jus romanum, cui per privilegia specialia derogari potest, concurrentem jurisdictionem largitur. (vid. supra §. 3.). Ab omnibus hisce judiciis, ubicunque constitutis, liber atque immunis est is, cui privilegium de non evoc. illimitate Imperator impertitus est. Denique privilegium de non evoc. illimitatum vim suam exerit intuitu cujuslibet actus judicarii, adeo, ut evocatio ab extraneo giudice facta, semper & ubique sit injusta, sive suscipiatur statim ineunte lite, sive lite jam coram judicio competente, vel in prima instantia, vel ulteriore, mota. Gaudent ejusmodi privilegio illimitato de non evoc.: non Electores solum, sed alii etiam Status imperii, tam principes, quam civitates. v. g. Archi-Duces Austriaci, Burggravius Norimbergensis, Civitas Goslarientis & rel. Quorum privilegiorum potissima hoc loco oculis Lectorum subjiciemus, siquidem ea haud parum ad firmanda corroborandaque hujus paragraphi asserta allatura esse speramus (a).

(a) Primum locum occupat privilegium Electoribus concessum, quod continetur Cap. 5. §. 1. Aureae Bullae. Cum per divos Romanorum Imperatores - - illustribus Bohemiae Regibus - - nec non Regno Bohemiae, ejusdemque regni corona, olim concessum fuerit gratiosius - - - quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Client, Burgensis, Civis, nulla denique persona ejusdem Regni & pertinentiarum ejus, ubicunque consensitum, cujuscunque status, dignitatis, praeminentia vel conditionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam, extra regnum ipsum ad quodcunque Tribunal, seu alterius, praeterquam Regis Bohemiae & Judicium Regalis curiae suae judicium, citari poterit sine trahi, nec vocari debeat perpetuis in antea temporibus, sive possit. Ideoque privilegium consuetudinem & indultum hujusmodi, auctoritate imperiali & de imperiali potestatis plenitudine ex certa scientia immovantes, & etiam confirmantes, ac praesenti nostra constitutione imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium - - praefatum, quispiam praedictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Client, Civis, Burgensis seu Rusticus, aut alia quacunque persona praemissa, ad cujuscunque tribunal extra regnum praedictum Bohemiae, in quacunque causa criminali, civili vel mixta, seu super quocunque negotio citatus fuerit, quocunque tempore, vel citata, comparere, vel in judicio respondere minime teneatur. Nec non Cap. II. §. 1. ejusdem A. B. Statuimus etiam ut nulli Comites, Barones, Nobiles, Feudales, Vasalli, Castrenses, Milites, Clientes, Civis, Burgenses, nullae quoque personae Colonienfis, Moguntinensif & Treverensif Ecclesias subiecti vel subiectae, cujuscunque sta-

E

tus,



tus, conditionis vel dignitatis existant, ad cuiuscunque actoris instan-  
 tiam extra territorium, & terminos, ac limites earundem Ecclesiarum,  
 & pertinentiarum suarum, ad quodcunque aliud Tribunal, seu iustitiae  
 alterius, praeterquam Archiepiscoporum, Moguntinensis, Treverensis,  
 & Coloniensis iudicium, & suorum iudicium citari poterint tempori-  
 bus retroactis, vel trahi seu vocari debeant perpetuis in antea tempori-  
 bus, si id possint, sicut praeteritis invenimus temporibus observatum.  
 Item §. 5. eod. Eandem constitutionem virtute praesentis legis nostrae  
 imperialis ad illustres, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae,  
 Marchionem Brandenburgensem, Principes Electores seculares, sive  
 laicos, haeredes, successores, & subditos eorum plane extendi volumus,  
 sub omnibus modis & conditionibus ut praefertur.

Privilegium Auliacis ab Imp. Carolo III. a. 1361. concessum ap.  
 LUNIGIUM in Th. R. Archiv. P. sp. Cont. I. erste Forts. von Oesterreich  
 n. p. 15. Das Niemand ihr Landherren Ritter oder Knechte, Mann  
 Leuth noch Diener, Edel noch Bürger, oder wie sie genannt seyn, ausser  
 ihren Länden und Städten zu Osterreich, zu Steyer, Kärndten und zu  
 Craiu, zu Portenau und auf der Windischen Mark, zu Schwaben, zu  
 Eßas, zu Svinger, zu Argew, zu Turgew, zu Burgundten, zu Glas  
 rus, und auf den Schwarzwaldt, und was zu denselben Länden gehört,  
 geladen noch gezogen werden solle, aus der genannten Herzogen zu Oe-  
 sterreich Gerichten umb keinerlei Sachen für unser Hofgericht, noch  
 für keinen unsern Landfriedt, noch mit Nahmen für unser Landtzeiche  
 Nothweifen, oder für Rhein ander unser Dingstatt und Gerichte, wo wir  
 die von des heil. Reichs wegen haben, noch für kein frembdes Gericht.  
 Es were dann, das jemandt in derselben Herzogen von Osterreich Ge-  
 richte rechtlos gelassen würde.

Privilegium Burggraviio Norimbergensi a Carolo III. Imp. a. 1362.  
 indultum ap. LUNIGIUM l. c. P. spec. 4te Abth. 3ter Abs. §. 8. supplem.  
 p. 300. Sententiamus, declaramus & dicimus etiam, quod ante dicto-  
 rum Burggraviorum Nurmbergensium, Haeredum & successorum suo-  
 rum, Homines in perpetuum, videlicet: Milites, Clientes, Judices,  
 cives, rustici & omnes servitores, ac subdites eorum & omnia bona, &  
 homines ipsorum, coram nullo alio iudicio, nisi coram ipsis Burggra-  
 viis Nurmbergensibus, & eorum iudicibus, citari possint, aut valeant,  
 nec obligari sint alibi comparere, aut respondere cuiquam de objectis.

Privilegium Civitatis Norimbergensis a Friderico III. a. 1459. confir-  
 matum atque amplificatum ap. LUNIGIUM l. c. P. spec. Cont. 4. 2te Abth.  
 35ter Abs. §. 37. p. 114. Indulgemus, quod ex nunc in antea, futu-  
 ris & perpetuis temporibus, Civitas Norimbergensis, cives & incolae  
 ejusdem, eorum coloni & familiares - - ob causam realem - - perso-  
 nalem - - criminalent - - mixtam - - utiles sive directas - - ad que-  
 cunque iudicia verita, sive liberas sedes Westphaliae, & alias ubilibet  
 constitutas, seu constituendas, Frey-Stülte sive Stul-Gericht, vulgari-

ter dictas - - - seu ad quacunque alia extra dictam civitatem Durm-  
bergensem presentia seu futura, Judicia - nequaquam debeant citari,  
sive evocari, seu aliquatenus in causam trahi; dummodo tamen agere,  
experiri, & conqueri volentibus, justitia non fuerit denegata.

## §. 17.

*Privilegia Procerum imp. de non evoc. varia ratione  
limitantur.*

Verumtamen privilegia de non evoc. varias admittunt li-  
mitationes, quae ex ipsis verbis uniuscujusque privilegii conci-  
piuntur. Quod quoniam a jure communi recedit, strictissima  
est interpretationis. Itaque ab immunitate a jurisdictione uni-  
us judicis, ad immunitatem ab alterius jurisdictione, nec non  
ab exemptione quarundam causarum, ad exemptionem reliquarum,  
ut & a libertate quarundam personarum in causis jurisdictionem  
concernentibus, ad libertatem omnium, non potest non esse  
vitiosa illatio. *Limitantur* autem privilegia de non evoc. *primo,*  
*ratione judiciorum,* ita, ut Proceres imp. qui hoc privilegio po-  
titi sunt, eorumque subditi, a quibusdam saltem judiciis immu-  
nitatem adipiscantur, reliquorum vero jurisdictioni nihilofeci-  
us obnoxii maneant. Propterea enim quod persona, vel cau-  
sae quaedam ad judicia v.g. Westphalica (a) trahi nequeant, ip-  
sas etiam a ceteris judiciis, puta Rothwilense rel. eximendas  
non arbitror. *Alter* quae privilegio de non evoc. adjici potest  
*limitatio,* est *ratione personarum;* vi cujus immunitas ab extranea  
jurisdictione certas tantum personas, in privilegio speciatim  
enumeratas, concernit; ad reliquas autem, etsi cum iis in eo-  
dem territorio vivant, nullatenus extenditur. Quapropter  
verba privilegii a Friderico II. Imp. *Civitati Ratisbonae* concessi:  
*Statuimus, quod CIVES Ratisbonenses non cogantur venire ad ali-*  
*quod judicium extra civitatem,* ad ceteros ejusdem incolas qui jure  
civitatis destituuntur, perperam trahi existimo. *Tertia limitatio*  
qua privilegium de non evoc. restringitur *ratione causarum,* effi-  
cit, ut quaedam solummodo causae evocari nequeant; reliquae  
autem jurisdictioni judicis extranei omnino permittuntur. Fieri  
enim potest, ut quis privilegio instructus sit: ne evocatio in



causis criminalibus locum habeat. Minus ergo accuratum interpretem te exhiberes, statuens, propterea reliquas causas, puta civiles, feudales etc. evocationi non subiacere. *Denique* privil. de non evoc. *limitatur ratione modi*. Hic refero quasvis restrictiones quæ huic privilegio addi possunt: Intellige si vel ad tempus concessa, vel ad beneplacitum restricta sunt. Pertinent huc etiam quodammodo die Ehefasten zu Rothweil qua voce intelliguntur *casus illi reservati Rotwilensibus in suo iudicio ventilandi*, quos ad avocationem Statuum imperii privilegiatorum non coguntur remittere. WEHNERI *Obs. pract.* sub voce Ehefasten. Enumerantur hi casus irremissibiles in *Ordin. Rotwil. P. 2. Tit. 5.* Ipse Maximilianus I. Imp. Rotwilensibus a. 1496. d. 13 Junii privilegium indulgit, ne valeant privilegia de non evoc. Statuum imp. contra Ehefasten. ap. LIMNÆUM *in jur. publ. T. I. L. 9. C. 3.* Quapropter privilegia de non evoc. Statuum imp. quæ privilegio modo memorato recentiora sunt, limitata esse, & semper salvis casibus quæ vocantur Ehefasten interpretanda, nullus dubito.

(a) De iudiciis Westphalicis vid. BURGERMEISTER *Graven- und Ritter-Saal P. 2. Sect. 36.* *Friderici III Imp. Reformatio de a. 1442. Francos. Reformatio Maximiliani I de a. 1495. §. 4.* *Wormat. ap. Lunigium in R. Archiv P. gen. cont. p. 62 & 160.*

§. 18.

*Privilegiorum de non evoc. realium, personalium, & personalissimorum differentia.*


Inter omnes constat vulgaris illa, & in LL. fundata distinctio privilegiorum, in personalia, & realia. Incidimus itaque in questionem: utrum privilegia de non evoc. ad personalia pertineant, an ad realia? Utrumque locum habere potest. Quare ex ipsis obvii privilegii verbis decisio petenda erit, ad quænam istud debeat referri. Differt autem *privilegium reale* in eo a *personali*, quod *illud* singulari causæ vel rei adhæreat, eum in finem, ut ob istam rem vel causam, persona, cui illa competit, singulari jure fruatur, *hoc* autem principaliter personæ tribuatur,

tur, & ad specialem ejus utilitatem referatur. *L. 1. ff. de jure immunitatis, L. 68. ff. de Reg. jur.* Illud cum re in quemvis possessorem tranfit, hoc vero extincta persona cui datum, extinguitur, neque ad heredes devolvitur. *L. 196. ff. eod. L. 1. §. 2. ff. de Const. Princ.* Quodsi ergo privil. de non evoc. ita conceptum est, ut in eo tam territorii, quam dignitatis, vel hereditum & successorum, mentio adjiciatur, absque ulla dubitatione id pro reali habendum erit. Omnis autem hisce omnibus, & solius personæ, cui conceditur, nomine expresso, personale tantum est, & morte illius cui conceditur ipsud privileg. de non evoc. expirat. Quemadmodum vero dantur privilegia, quæ non nisi illi soli, cui indulgentur, exemptionem a jurisdictione extranea pariunt, neque subditos ejus, vassallosve complectuntur, quæ perspicuitatis gratia *personalissima* nominabimus; ita privilegia idcirco non desinunt esse personalia, etsi ex iis utilitas quædam, quæ in immunitate a jurisdictione extranea consistit, in subditos profluat. Diximus enim supra (§. 5.) privilegia de non evoc. *principaliter* imperanti, subditis vero tantum *minus principaliter* competere. Quodsi itaque privil. de non evoc. principi cuidam personaliter concessum sit, immunitas subditorum ejus a judiciis extraneis expirabit, morte ejus, cui principaliter jus de non evocando competiit. Id prætereundem non esse videtur, solam mentionem *heredum der Leibes Erben* privilegium non reddere *reale*, eo effectu ut cum re in quemvis rei possessorem transeat. Fieri enim potest, ut Cæsarea Majestas familiæ cuidam illustri, propter bene merita, aut ex singulari clementia, privilegium de non evocando intra territorii cujusdam limites impertiatur. Cujus subditi atque incolæ, etiamsi illis ex hoc principum suorum privilegio immunitas a judice extraneo profuerit, extincta domo regnatrice, & imperio ad aliam familiam delato, frustra privilegio de non evoc. nitentur. Quod quoniam neque propter territorium, neque propter dignitatem, sed ex singulari causa indultum est, familiam, cui concessum erat, non excedit. In dubio privilegium potius personale, quam reale censerit, recte monet

VITRIARIUS in *jur. publ. L. 3. T. 17. §. 65.* quoniam sui natura

E 3

contra



contra vel præter jus commune, ideoque quam strictissime sit intelligendum. Quapropter privilegia de non evoc. neque de persona in personam, neque de familia in familiam sunt extendenda. Quod autem attinet ad privilegia de non evoc. urbibus immediatis imperii nostri concessa, ab hac regula recedendum, eaque potius realia, quam personalia censenda esse videntur. Iis enim privilegia personalia commode concedi nequeunt. Etenim neque civitas morte civium utut plerorumque, neque senatus civitatis morte quorundam membrorum moritur, sed per surrogatos in locum defunctorum semper conservatur. Quæ cum ita sint, fieri non potest, ut privilegium morte privilegiati extinguatur, siquidem privilegiatus hoc casu non moritur, cum nihil interfit, an omnes in civitate iidem maneat, an pars maneat, an omnes immutati. L. 7. §. ult. ff. *Quod cuiusque univers. nomine etc.*

## §. 19.

*De dijudicando tenore privilegii de non evoc.*

Facile ex antecedentibus paragraphis perspicitur, horum privilegiorum alia aliis specialiora, magisque limitata esse. Etenim fieri potest, ut privilegium, quod tibi conceditur, ad tollendam competentiam plurium iudiciorum extraneorum dirigatur, nec non pluribus personis, in pluribus causis immunitatem adferat, quam privilegium alterius. Vim autem, atque robur, efficaciamque cujuslibet privilegii de non evoc. optime ex ipsis privilegii verbis haurimus. Ex quorum genuino intellectu, & qualitas ejus, & quantitas potissimum conspicitur; utrum scilicet illimitatum illud sit, an non; & si limitate illud accipiendum, quaratione limitatio adjecta intelligatur. Privilegia quævis a jure communi recedunt, & strictissimam admittunt interpretationem. Ideoque in dubio, si verba privilegii cujusdam de non evoc. obscuritate laborent, particulariter & limitate illud accipiendum esse videtur. In dubio enim recurrendum est ad jura communia, quorum prævalet dispositio. Quodsi vero occurrunt verba generalia e. g. *quæcumque alia judicia, für kein ander fremdes Gericht; personæ cujuscumque status conditionisque sint; in quo-*

quorumque negotio; um alle und jegliche Sachen; & f. p. tunc privilegium illimitate intelligendum esse arbitror, salvo tamen meliori aliorum iudicio. Hæc verba enim, quia generaliter loquuntur, etiam generaliter accipi debent. Ita etiam privilegia de non evoc. non ad plures regiones, nec provincias, quam quæ expresse designantur, trahendum, sed præcise verbis privilegii standum esse existimo. Sepe enim plura territoria eundem venerantur Principem. Qui, etsi intuitu unius territorii ab evocationibus immunis sit, tamen intuitu alterius ea propter idem jus prætere tendere nequit. Quodsi vero privilegii verba mentionem injiciunt non territorii solum, sed etiam ejus pertinentiarum & appendiciorum was zu denselben Landen gehöret, quemadmodum hæc verba occurrunt in privilegiis Electorum, Austriacorum, in Bulla Brabantina rel. tamen cum grano salis id intelligi debet. Neque ad eas regiones quas quis jure pignoris possidet extendendum (a), neque ad territoria post imperationem privilegii noviter acquisita referendum erit. J. P. A. LUDEWIG Erläut. der Guld. Bulle T. 8. §. 1. p. 770.

(a) Idem praxin imperii observare constat. Conf. RUMELINUS ad Aur. Bullam P. 2. diss. 1. §. 3. p. 215.

§. 20.

Quinam privilegia de non evoc. concedantur.

Nemo temere in dubium vocabit, integram Imperatori facultatem relinqui, ejusque arbitrio plane committi, quibus privilegium de non evoc. indulgere velit. Etenim libera concessio privilegiorum ad jura Imperatoris nunquam non pertinet. Itaque quousque concessio privilegii de non evoc. nemini præjudicium adfert, tantum aberit, ut Cæsarea Majestas solis Statibus imperii privative hæc privilegia largiri teneatur, ut potius ceteris etiam membris imperii non Statibus, puta Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus immediatis, illa impertiri queat (a). Ita Abbas Ebracenensis in Franconia a. 1581. (b), Comites zu Nieder-Eisenburg & Grenfau anno 1569. (c), L. Barones de Ingelheim a. 1680. (d). Dynastæ Liech-





Liechtenbergenses a. 1449. (e), alique, privilegiis de non evoc. instructi sunt. Qui etsi ad membra imp. immediata pertinent, tamen ad Ordines imp. nequam referuntur, siquidem jure voti & sessiones in comitis sunt destituti. De membris imp. mediatis v. c. municipiis Statuum imp. idem asserere dubito. Siquidem Casarea Majestas vinculum, quo subditi Statuum imp. Dominis territorialibus adstringuntur, solvere nequit; neque privilegia de non evoc. illis concedere potest salva jurisdictione Domini territorialis. Utrum autem, & qua ratione, atque a quo municipiis privilegia de non evoc. indulgeri queant, id infra §. 42. uberius explicaturi sumus.

- (a) Testantur id verba §. 3. Art. 18. *Capit. noviss.* die unmittelbare Reichs-Ritterschaft mit begriffen.
- (b) *Rumelinus ad A. B. P. 2. diff. 1. §. 6.*
- (c) *ibidem §. 7.*
- (d) ap. *Auctorem Catalogi privilegiorum Statuum imp. de non appellando.* in appendice p. 173. seqq.
- (e) ap. *Lunigium in Reichs-Archiv P. spec. cont. 2. 6te. Abth, 4ten. Abt. im Anhang §. 37. p. 56,*

§. 21.

*Index Statuum imperii qui privilegiis de non evocando utuntur.*

Haud alienum esse videtur ab instituti ratione, huic loco subnectere brevem indicem eorum Statuum imperii germ, qui ab Imperatoribus privilegiis de non evocando instructi sunt. Multorum voluminum, nedum dissertationis opus foret, si ipsum uniuscujusque privilegii tenorem, ejusque prolixam explanationem addere vellem. Itaque a limine tantum rem salutasse, & velut canis e Nilo bibisse sufficiat. Quapropter nullo habito respectu utrum illa privilegia sint limitata, an illimitata, realia, an personalia, vel personalissima, tempus quando primum concessa fuerunt, nomenque concedentis indicasse sat erit. Equidem horum privilegiorum plurima posteris temporibus saepe sunt



sunt confirmata, atque amplificata; verum confirmationes haece brevitatis amore plane silentio praeterii. Ita etiam huncce catalogum tanquam completum Lectori B. obrudendi animus mihi non est. Concedo enim, pluribus fortasse, quam quos nominavi, e Statibus imp. privilegia de non evocando competere; aut forsan accidisse, ut unus & alter, ex ipsis quos indicavi, privilegio hocce non amplius utatur.

Gaudent autem privilegio de non evocando,

Aalenses ex concessione	Wenceslai Imper. a. 1398	(a)
Aquisgranensis - - -	Caroli IV. - - -	1362 (b)
Episc. Argentoratensis -	Caroli IV. - - -	1373 (c)
Augustani - - -	Adolphi - - -	1294 (d)
Domus Austriaca - - -	Caroli IV. - - -	1361 (e)
Episc. Bambergensis - -	Ludovici IV. - - -	1347 (f)
Biberacenses - - -	Caroli IV. - - -	1355 (g)
Abbas S. Blasii - - -	Sigismundi - - -	1433 (h)
Bopfingenses - - -	Wenceslai - - -	1398 (i)
Dux Lotharingiae & Brabantiae - - -	Caroli IV. - - -	1349 (k)
Brunsvicenses - - -	Sigismundi - - -	1415 (l)
Buchavienses - - -	Ludovici IV. - - -	1347 (m)
Buchhornenses - - -	Rudolphi I. - - -	1275 (n)
Campidunenses - - -	Caroli IV. - - -	1355 (o)
Castellae Comites - - -	Maximiliani II. - -	1566 (p)
Wildgravius de Dhaun & Kyburg - - -	Maximiliani I. - - -	1495 (q)
Dunckelspulani - - -	Henrici VII. - - -	1309 (r)
Electores (s).		
Eslingenses - - -	Friderici Austr. - -	1315 (t)
Francof. ad Moenum - -	Rudolphi I. - - -	1291 (v)
Fridbergenses - - -	Rudolphi I. - - -	1291 (x)
Die Herren Fugger (y).		
Comes Fürstenberg: - -	Rudolphi I. - - -	1278 (z)
Gemundani - - -	Caroli IV. - - -	1373 (aa)
Goslarienses - - -	Friderici II. - - -	1219 (bb)
Hala Suevorum - - -	Maximiliani I. - -	1495 (cc)

F

Comes



Comes Hanovius ex conc.	Friderici III. Imp. a.	1489	(dd)
Landgravius Hassiæ	- Maximiliani I.	- 1495	(ee)
Heilbronnenfes	- Ludovici IV.	- 1316	(ff)
Episc. Herbipolenfis	- Friderici I.	- 1168	(gg)
Episcopatus Herbipol.	- Caroli IV.	- 1347	(hh)
Comites Hohenzoller.	- Maximiliani II.	- 1577	(ii)
Dux Holfatiæ	- Friderici III.	- 1474	(ll)
Mag. Ord. Johannitici	- Caroli V.	- 1559	(mm)
Dux Juliacenfis	- Friderici III.	- 1480	(nn)
Barones a Justingen	(oo).		
Kauffburani	- Rudolphi I.	- 1286	(pp)
Comes de Kœnigs Egg	- Leopoldi	- 1675	(qq)
Comes Leiningenfis	- Friderici III.	- 1444	(rr)
Episcopus Leodiensis	- Maximiliani I.	- 1518	(ss)
Leutkirchenfes	- Caroli IV.	- 1366	(tt)
Lindavienses	- Rudolphi I.	- 1275	(vv)
Lubecenfes	- Friderici III.	- 1471	(xx)
Com. Manderscheidius	- Friderici III.	- 1488	(yy)
Memmingenfes	- Rudolphi I.	- 1286	(zz)
Mulhufani	- Caroli IV.	- 1348	(aaa)
Nordhufani	- Wenceslai	- 1391	(bbb)
Nordlingenfes	- Caroli IV.	- 1349	(ccc)
Norimbergenfes	- Friderici II.	- 1219	(ddd)
Burggravius Norim- bergenfis	- Caroli IV.	- 1362	(eee)
Comes Palatinus Bi- pontinus	- Caroli V.	- 1541	(fff)
Pfullendorffenfes	- Caroli IV.	- 1348	(ggg)
Comes Ranzovius	- Ferdinandi III.	- 1650	(hhh)
Ratisbonenfes	- Friderici II.	- 1230	(iii)
Ravenspurgenfes	- Rudolphi I.	- 1276	(lll)
Reutlingenfes	- Caroli IV.	- 1374	(mmm)
Rotenburgenfes ad Tubarim	- Rudolphi I.	- 1274	(nnn)
Rotwilani	- Alberti I.	- 1299	(ooo)
Duces Saxonix	(ppp)		

Baro

Baro de Schœnborn ex conc.	Leopoldi Imper.	a. 1663	(qqq)
Princeps Schwartzburg:	Leopoldi	- 1671	(rrr)
Comites zu Schwartzenberg	(sss)		
Spirenses	Rudolphi I.	- 1285	(ttt)
Suinfurtenfes	Ludovici IV.	- 1330	(vvv)
Comites a Sultz	(xxx)		
Ordo Teutonicus	Ruperti	(yyy)	
Tremonienfes	Friderici II.	- 1220	(zzz)
Vberlingenfes	Sigismundi	- 1433	(aaaa)
Vlmenfes	Caroli IV.	- 1359	(bbbb)
Abbas Weingartenfis		- 1559	(cccc)
Weiffenburgenfes	Henrici VII.	- 1310	(dddd)
Comes de Wiedt &			
Runckel	Maximiliani I.	- 1516	(eeee)
Wimpinenfes	Caroli V.	- 1545	(ffff)
Winsheimenfes	Adolphi	- 1295	(gggg)
Wormatienfes	Maximiliani I.	- 1514	(hhhh)
Dux Wurtembergicus	Maximiliani I.	- 1495	(iiii)
Zellenfes am Hammers-			
bach	Caroli V.	- 1545	(llll)

- (a) ap. *Lunigium des Teutsch. Reichs-Archivs P. spec. contin. 4. 1ster Theil*  
2ter Abf. Tit. Aalen. §. 3. p. 79.
- (b) *ibid.* l. c. 1ster Abf. Tit. Aachen §. 7. p. 59.
- (c) *ibid.* l. c. *Contin. 1. 3te Fortf. §. 166. p. 298.*
- (d) *ibid.* l. c. *contin. 4. 1ster Theil 3ter Abf. Tit. Augsburg. §. 5. p. 90.*
- (e) *ibid.* l. c. *contin. 1. 1ste Fortf. 4ter Abf. §. 15. p. 15.*
- (f) Conf. *Wehnerus* ap. *Gylmannum Synphorem. Supplicationum Cameral. Tom. 6. C. 3. §. 2. p. 54.*
- (g) ap. *Lunigium l. c. Contin. 4. 1ster Th. 4ter Abf. Tit. Biberach §. 9.*  
p. 184. seq.
- (h) *Rumelinus ad Aur. Bull. Part. 2. Diff. 1. §. 6.*
- (i) ap. *Lunigium l. c. 5ter Abf. Tit. Böpfingen §. 3. p. 210.*
- (k) ap. *Linnaeum Jur. publ. L. 5. C. 2. §. 53.*
- (l) ap. *Werdenhagen de Reb. publ. Hanseat. P. 1. Cap. 5.*
- (m) ap. *Lunigium l. c. 7ter Abf. Tit. Buchau §. 1. p. 300.*



- (n) *ibid.* l. c. 8ter Absf. §. 1. p. 307.
- (o) *ibid.* l. c. *Cont.* 4. 1ster Th. in add. Tit. Kempten §. 27. p. 1527.
- (p) ap. *Lunigium Spicil. secular.* P. 1. 3ter Absf. §. 36. p. 81.
- (q) *ibid.* l. c. P. 2. in Supplem. §. 10. p. 1923.
- (r) ap. *Lunigium Reichs-Archiv* P. sp. *Contin.* 4. 1ster Th. 12 Absf. Tit. Duncelspuhl §. 2. p. 456.
- (s) Conf. *Aur. Bulla* Cap. 8 & 11. vid. supra §. 16. not. (a). Electoribus jam ante promulgationem Aureae Bullae privilegium de non evoc. competiisse testatur *Rumelinus* l. c. §. 1.
- (t) ap. *Lunigium* l. c. 1ster Th. 13 Absf. Tit. Eslingen §. 2. p. 498.
- (v) *ibid.* l. c. 14ter Absf. Tit. Franckfurt §. 12. p. 561.
- (x) *ibid.* l. c. 15ter Absf. Tit. Fridberg. §. 5. p. 729.
- (y) *Rumelinus* l. c. §. 7.
- (z) ap. *Lambecium Biblioth. Vindobon.* L. 3. p. 329.
- (aa) ap. *Lunigium* l. c. *Contin.* 4. 1ster Th. 17 Absf. Tit. Gemund. §. 1. pag. 821.
- (bb) *ibid.* l. c. 20ster Absf. Tit. Goslar. §. 1. p. 855 sqq. Indultum etiam est privilegium de non evoc. Gelnhufensis a Carolo IV. Imper. a. 1366. ap. *Correium Tom. 4. Corp. jur. publ.* inter privilegia statuum imper. §. 47. p. 259. & Hamburgensibus a Sigismundo Imp. a. 1421. ap. *Lunig.* l. c. 23ster Absf. Tit. Hamburg §. 41. p. 947. Quoniam vero utraque civitas immediatam non ita liquido jure usurpat. Cf. *Kulpfistius in notis ad Monzambanum de statu imp. germ.* C. 11. §. 13. ut & *Commentario nostra de Urbibus immediatis* §. 13. eas reliquorum Statuum imp. numero inferere veritus sum.
- (cc) ap. *Lunigium* l. c. 22ster Absf. Tit. Hall in Schwaben §. 10. p. 905.
- (dd) *ibid.* l. c. P. sp. *Cont.* 2. 6te Absf. 4ter Absf. §. 30. p. 38.
- (ee) conf. *Winckelmann Beschreibung des Fürstenthums Hessen* P. 5. C. 8. pag. 560.
- (ff) ap. *Lunigium* l. c. P. sp. *Cont.* 4. 1ster Th. 21ste Absf. Tit. Hailbrunn §. 2. p. 884.
- (gg) *ibid.* l. c. *Consin.* 1. 3te Forts. 23ste Absf. §. 174. p. 326.
- (hh) ap. *Correium* l. c. Tom. 4. §. 41. p. 248.
- (ii) *Rumelinus* l. c. §. 7.
- (ll) ap. *Limmaum jur. publ.* L. 5. C. 9. §. 3. nec non Schleswig-Hollsteinsche Land-Ger. Ordn. P. 4. T. 8.
- (mm) ap. *Correium* l. c. §. 34. p. 236.
- (nn) *Rumelinus* l. c. §. 5.

(oo) *ibid.* §. 7.

(pp) ap. *Lunigium* l. c. *Cont.* 4. 1ster Th. 25 Absf. Tit. Kaufbeuren §. 2. pag. 1250.

(qq) ap. *Lunig. Spicil. secular.* P. 1. 17ter Absf. §. 4. p. 368.

(rr) *ibid.* l. c. P. 1. 18ter Absf. §. 29. p. 395.

(ss) ap. *Lunigium des Reichs-Archivs P. sp. Contin.* 1. 3te Fortf. 14ter Absf. §. 109. p. 197.

(tt) *ibid.* l. c. *Cont.* 4. 1ster Th. 28 Absf. Tit. Leutkirchen §. 5. p. 1287.

(vv) *ibid.* l. c. 29ster Absf. Tit. Lindau §. 1. p. 1298.

(xx) Id privilegium per trecentos fere annos ineditum in Cancellaria Lubecensi adservatum primus in lucem protraxit, & *Bullario Lubecensi* inseruit Vir S. R. atque illustris C. H. Dreyer. Venerab. Capit. Præp. & Reip. Lubec. Syndicus immortaliter meritus. Vid. *Miscellanea Lubecensia Vol. 3. p. 55* seq. Tam propter infrequentiam hujus privilegii, quam quoniam multa in eodem occurrunt, quæ illustrationi atque probationi eorum, quæ de illimitatis privilegii de non evoc. dixi, inserviunt; haud superfluum fore spero, cum ipsius chartæ Cæsareæ verba huic loco apposuerim: Ipsud autem diploma sequentis est tenoris: Wir Friederich III. von Gottes Gnaden, Römischer Kayser u. bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Briefe allen den so ihn sehen und hören lesen; wiewohl wir allen und jeglichen unsern und des Heil. Reichs Unterthanen und Getreuen unsere Kayserliche Gnade mitzutheilen geneigt seyn, so haben wir doch billige Neigung zu denen, so uns und dem Heil. Reiche ohnmittelbahr verwandt seyn und sich in unsere, und desselbigen Reichs merklichen Sachen und Geschäften, und ganz getreuer Untertänigkeit und Darlegens ihres Leibes und Gutes zu Hülfe und Beystände unser und des Reichs gehorsamlich beweiset und bezeuget haben, sy mit unsern Kayserl. Gnaden und Freyheiten für andern zu begaben und fürsetzen, damit sy desto baß bey Ruhe, Friede und Gemache bleiben mögen, und von niemand gekränkct, beschweret und beschediget werden, und dann für uns kommen ist der Ehrfahnen und des Reichs Liebe getreuen Bürgermeister und Rath unser und des Heil. Reichs Stadt Lübeck ehrl. Bottschaft, mit Nahmen der ehrfame Jo. Osthusen, beeder Rechten Doctor, auch unser und des Reichs Lieber Getreuer, und hat uns von derselben von Lübeck wegen fürgebracht, wiewohl die ihogezannte von Lübeck vormahls von uns und unsern Vorfahren am Reiche Römischen Kaysern und Königen mit mancherley Gnaden und Freyheiten versehen, und sie ihre Bürgere, Gemeinde, Beamte, Diener, Untertassen, die ihnen zugehören und unterthan seyn, allen und jeden, so Klag, Spruch oder Forderung zu ihnen hätten oder zu haben vermeynten, vor Uns als Römischen Kayser oder andern ihren ordentlichen Richter, an den Enden da sie geseßen, recht zu geben willig we-



ren: So würden doch sy ihre Bürger, Einwohner und andere, so ihnen zugehören, darüber zu männigem mahle mit andern welche sie für frembden ein- und ausländigen Gerichte fürzuladen, zu beklagen und zu rechtfertigen unterstanden, in Schäden gebracht und geführt. (Vides itaque Lubecenses extraneorum judiciorum jurisdictionem non indistincte tanquam incompetentem repudiasse, sed tantum propter incommoda hinc inde emergentia ad immunitatem ab ipsis adspirasse. Conf. §. 16.) Wan nun die benandte Stadt Lübeck uns und dem heil. Reiche ohne Mittel zugehöret, auch sie und ihre Vorderen sich allezeit gegen uns und unsern Vorfahren am Reich in steter getreuen Unterthänigkeit mit ihren nützlichen Diensten erzeiget und bewiesen haben, auch solche täglich thun und hinsübro thun wollen; (ergo propter bene merita id privilegium Lubecensibus indultum est.) hiernechst nicht billig ist, noch uns zu gedulden gebührer, daß sie ihre Bürger und die ihrige zu besprechen stehen mit einigertel anderer weltlichen Obrigkeit, oder Gerichtszwang angelanget, fürgeladen, bekümmert, unangezogen oder damit wieder sie gerichtet, geurtheilet, procediret, noch deshalb beschweret und beschädiget werden sollen, sondern billig davon unangelanget, ledig und frey stehen und bleiben, damit Sy, die ihre und ihre zugehörigen desto baß bei Friede, Ruhe und Gemach bleiben mögen. So haben wir mit wohlbedachtem gutem Rath unser und des heil. Römischen Reichs Fürsten, Grafen, Edlen, und Getreuen, und mit unserm rechten Wissen den obgenannten von Lübeck zusamt ihren Gnaden und Freiheiten, so sie von uns und unsern Vorfahren am Reiche haben, die besondre Gnade und Freiheit von neuen gethan und gegeben, geordnet, gesetzt und erkant und erkläret; Begnaden und befreyen sy, ordnen setzen erkennen, und erklehren auch von Römischer Kayserl. Macht-Vollkommenheit, eigener Bewegniß und rechtem Wissen in Kraft dieses Briefes, also daß nun hinsübro zu künftigen ewigen Zeiten unwieder- rücklich die obgenannten Bürgermeistere, Rath und Gemeinde der Stadt Lübeck, ihre Bürger, Einwohner und Hintersassen, Amleute, Diener, Unterthanen, noch die so ihnen und den ihren zugehören, und sezt seyn oder werden, nun oder hernach, Mames oder Frauens- Geschlechter, geistlich oder weltlich, (id privilegium complectitur omnes omnino personas conf. §. 16.) noch ihr Gut liegend und fahrend, wo und an welchen Enden die gessen und gelegen sein, Stette, Märkte, Dörffer, Gerichte oder Gebiethe von jemandes, wer der oder die, und in was Ehren, Würden, Standes oder Wesens die sein oder wären, um einige Klage oder Forderungen, ob die jemand zu ihnen hette oder gewünne, wo oder worumb es wäre, es treffe an ihrem Leibe oder Guthe, oder andere Handlung, (respicit quamvis causam Conf. §. 16.) für oder mit einigen frembden ein- oder ausländischen Gerichten, vornemlich unserm und des Reichs Hofgerichte zu Rorhweil, dem heimlichen und andern Westföhlischen Gerichten, auch dem Gerichte

zu Magdeburg, Friedberg, den Landgerichten des Herzogthums  
 Francken und Burggraafthums zu Nürnberg, noch einigen andern ho-  
 hen Landes- und andern Gerichten, Richtern, Commissarien oder  
 Delegaten, wo und an welchen Enden die gelegen, genant, oder von  
 unsern Vorfahren oder Nachkommen am Reiche, Römischen Kaysern,  
 Königen, oder andern Fürsten, Herren oder Städten geordnet, gesetzt  
 und gegeben wären, oder hinführo werden undgaten, (tribuit immunita-  
 tem a quovis iudicio. Conf. §. 16.) nicht fürgeladen, angelangt, be-  
 kümmeret, angesprochen, beklagt, gerechtfertiget, noch daselbst wieder  
 sie geurtheilet, procediret, noch gerichtet werden sollen und mögen,  
 (concernit quemvis actum iudicarium. Conf. §. 16.) sondern ganz ex-  
 empt und ausgenommen, und sie daselbst zu antworten, zu erscheinen,  
 noch einigen Gehorsam zu beweisen schuldig seyn in einischerlei Weise,  
 (Conf. §. 33.) wie wir sie auch davon ganz unwiederrücklich entledigen  
 und frei machen von Römischer Kayserlichen Mächts-Vollkommenheit  
 wissentlich in Kraft dieses Briefes, und sehen, ordnen, erklären und  
 wollen, auch von derselben unser Kayserl. Mächts-Vollkommenheit, ob  
 jemand were, der oder die zu gemeiner Stadt oder dem Rathe zu Lü-  
 beck in obgemelter maße klage oder Forberungen hätte, oder gewünne,  
 daß denn der oder die darum ihr Recht von Uns oder unsern Nachfom-  
 men am Reiche, Römischen Kaysern und Königen und nirgends an-  
 ders wo suchen und nehmen; (Conf. §. 22.) Desgleichen wo jemand zu  
 Stetten, Markten, Dörffern, Gebieten, und Gemeinschaften, so  
 zu der Stadt und Rathe Lübeck oder ihren Bürgern zugehören oder  
 unterthänig weren oder würden, klage oder Forberungen hette oder ge-  
 wünne, (extenditur ad pertinentias civitatis Lubecensis §. 19.) der oder die  
 sollen darum Recht gegen denselben vor den ehrgenanten Rath suchen und  
 nehmen. Were aber daß jemand zu einzigem und besondern Persohnen, so  
 den obgenanten von Lübeck, ihren Bürgern mit Bürger-Recht, Emptern,  
 Dienste, als Hinterlassen beimehnen oder in andere Wege zugehörten in-  
 wendig oder auswendig ihrer Stadt klage oder Forberung hätte oder  
 gewünne, der oder dieselben sollen von denselben vor und unter den  
 Richtern und Gerichten, da dieselben Persohnen gefessen seyn solch ihr  
 Recht und nirgends anderswo suchen und nehmen, und sich an allen  
 und jeden vorgemelten Enden damit begnügen lassen und in obbeschrie-  
 bener maße weiter nicht ziehen noch auf einige Weise treiben. Were  
 auch daß die obgenante von Lübeck die ihren oder die ihr zugehörten,  
 oder ihr Guth, als vorberühret ist, darüber mit solchen jetzt gemelten  
 Gerichten, Commissarien oder Delegaten angelangt, geladen, beklagt,  
 gerechtfertiget, oder wieder sie gerichtet, geurtheilet, und procediret  
 würde, in welchen Schein, und in wes Kraft, Macht, Oberkeit, Grün-  
 de oder Ursache das beschehen were, oder beschehen mögte, so sollen doch  
 alle und jede solch Urtheile, Verfolgung, Acht, Ober-Acht und Proceß  
 ganz kraftlos, vernichtet, unthätig und den jetztgenanten von Lübeck,  
 den



den ihren und ihren zugehörigen, noch ihrem Güte ganz unschädlich seyn. (Contraventio privilegii est ipso jure nulla. Cf. §. 33.) Dann wir die alle und jede jetzt als dann und dann als jetzt ganz abthun, wiederrufen, kraftlos, vernichtiget und unthätig machen, von Römischer Kayserlicher Macht-Vollkommenheit wissentlich in Kraft dieses Briefes. Begehe es sich aber, daß jemand von den obgenannten von Lübeck und ihren künftlich oder offenbar Rechte versäger würde, (cessat in casu denegate justitiæ conf. §. 34 membr. 4.) so soll dennoch diese unsere Kayserliche Freiheit in Kräften bestehen und bleiben. Und gebieten darumb allen und jeglichen Chur- und andern Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Grafen, Freyherrn, Rittern, Knechten, Haupt-Leuten, Amt-Leuten, Wärgen, Pflegern, Verwesern, Hoff-Richtern, Land-Richtern, Stuhl-Herren, Frei-Grafen, Frei-Schössen, Bürgermeistern, Schultheissen, Richtern, Räten, Schössen, Bürgern und Gemeinden und sonst allen unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Standes oder Wesens sie seyn, von Römisch-Kayserl. Macht ernstlich und festiglich mit diesem Briefe, daß sie die obgenannten von Lübeck, die ihren und ihr zugehörigen bei den vorbeschriebenen unsern Kayserl. Gnaden, Freyheiten, Satzungen und Constitution sünföhro ewiglich geruhig und ohne Irrung gebrauchen und genieffen lassen, und sy dawieder nicht dringen, bekümmern noch beschweren, noch jemanden anders solches zu thun gestaden, sondern sie dabey von unsern und des Heil. Reichs wegen getreulich und festiglich handhaben, schützen und schirmen, als lieb einem jeglichen ist unser und des Reichs schwere Ungnade und dazu eine Poene, nemlich hundert Mark löthigen Goldes zu vermeiden, die ein jeder so oft er hier wieder thäre, halb in unser und des Reichs Cammer und den andern halben Theil den obgenannten von Lübeck, und den so hie wieder beschwert werden, unablesig zu bezahlen, (Conf. §. 33.) und soll dennoch das hierwieder beschriebene, kraftlos und unthätig seyn und gehalten werden, die jetztgenante von Lübeck und die ihren mögen auch alsdan dieselbe Poene von einem jeden erfordern, darzum anlangen und einbringen von männiglichen unbehindert. Zu Uhrkund dieses Briefes ist derselbe mit unser Kayserl. Mayest. angehengter Inziegel besiegelt. Geben zu Grätz am S. Sylvestertag, nach Christi Geburth 1471 unser Reichs des Römischen im 31, des Kayserthums im 19, und des Hungarischen im 12 Jahre.

Simillima huic privilegio de non evocando est dispositio *Art. 4. Tit. 3. Lib. 5. statutorum Lubecensium*, ubi sancitur: ne civis concivem coram extraneo iudice convenire debeat. At vero statutum disponit solum inter concives litigantes, privilegium autem tollit competentiam extranei iudicis, coram quo ab actore extraneo contra civem lubecensem actio est instituta.

(77) ap. *Lunigium Spicil. secul. P. I. 22ster Abf. §. 2. p. 519.*

(22)



- (zz) ap. *Lunigium* des R. Archivs P. sp. *Contin.* 4. 1ster Th. 31ster Abs. §. 1. p. 1415.
- (aaa) *ibid.* l. c. *Cont.* 4. 1ster Th. 32ster Abs. Tit. Mühlhauf. §. 4. p. 1427.
- (bbb) *ibid.* l. c. *Contin.* 4. 2ter Th. 34 Abs. Tit. Nordhaufen §. 9. p. 71.
- (ccc) *ibid.* l. c. 33 Abs. Tit. Nordlingen §. 5. p. 4, seq.
- (ddd) *ibid.* l. c. 35 Abs. Tit. Nürnberg §. 1. p. 85. Hujus privilegii varias confirmationes atque extensiones vide *ibid.* §. 3. 15. 16. 25. 37. 42. 57. 58.
- (eee) *ibid.* l. c. P. *spec.* 4te Abth. 3 Abs. §. 3. *supplem.* p. 303.
- (fff) RUMELINUS l. c. §. 5.
- (ggg) ap. LUNIGIUM l. c. *Cont.* 4. 2ter Th. 37 Abs. Tit. Pfälendorf §. 1. p. 203.
- (hhh) ap. LUNIGIUM *specil. secul.* P. 1. 37 Abs. §. 2. p. 843.
- (iii) ap. LUNIGIUM des R. Archivs P. sp. *contin.* 4. 2ter Th. 39 Abs. Tit. Regensburg §. 1. p. 262. seq.
- (lll) *ibid.* l. c. 38 Abs. Tit. Ravenspurg §. 1. p. 210.
- (mmm) *ibid.* l. c. 40 Abs. Tit. Reutlingen §. 5. p. 310.
- (nnn) *ibid.* l. c. 41 Abs. Tit. Rothenburg an der Tauber §. 1. p. 335.
- (ooo) *ibid.* l. c. 42 Abs. Tit. Rothweil. §. 1. p. 363.
- (ppp) Per confirmationem atque extensionem Sigismundi de an. 1423. Maximiliani I. de an. 1497. & Ferdinandi I. de a. 1555. vid. CARPZOVIVS in *Comment. in Legem regiam* C. 9. Sect. 6.
- (qqq) ap. LUNIGIUM *specil. secul.* P. 2. 45 Abs. §. 1. p. 1213.
- (rrr) *ibid.* l. c. 48 Abs. §. 54. p. 1342. seq.
- (sss) RUMELINUS l. c. §. 7.
- (ttt) ap. LEHMANNUM in *Chron. spir.* L. 5. C. 116.
- (vvv) ap. LUNIG. des R. Archivs P. sp. *Cont.* 4. 2ter Th. 43 Abs. Tit. Schweinfurth §. 1. p. 393. seq. ejusdem privilegii confirmationes extensionesque reperies *ibid.* §. 4. 14. 19. 30.
- (xxx) RUMELINUS l. c. §. 7.
- (yyy) Ipsa charta concessionis a Ruperto sacre etati nostre adservata non est. Quapropter annus concessionis certo definiri nequit. Testatur autem aliud Diploma Caroli V. Ordini Teutonico a Ruperto privilegium de non evoc. esse indultum. Verba ipsa sequentis sunt tenoris: daß Sie (sc. Ordinis Teutonici Magister, commendatores atque equites) auch von König Ruprecht - - bedacht, daß niemand, in kein Weiß noch Weg, Ihne, Seine Nachkommen, Ordens-Versobnen, Diener, Mann, arme Leuthe, der Güter laden möge für unsern und des Reichs Hoff



Hoffgericht, Landgericht, oder geistliche Gericht . . . ap. CORTREJUM l. c. §. 44. p. 254. Haud quidem ignoro Ordinem Teutonicum non universum ad Status imp. germ. pertinere. Quoniam vero haud exigua ejusdem pars, veluti des teutschen Ordens Land-Comenthur der Balleys-Coblenz, und der Balleys Elsaß und Burgund, und zu Abschaffung ad Status imp. refertur, totius Ordinis nomen catalogo reliquorum Statuum inferere e re visum est.

(zzz) ap. *Lunigium* l. c. Cont. 4. 2ter Theil 11 Absf. Tit. Dordmund §. 1. p. 441.

(aaaa) *ibid.* l. c. Cont. 4. 2ter Theil 45 Absf. Tit. Überlingen §. 4. p. 542.

(bbbb) *ibid.* l. c. 46 Absf. Tit. Ulm §. 2. p. 562.

(cccc) *Rumelinus* l. c. §. 6.

(dddd) ap. *Lunigium* l. c. 49 Absf. Tit. Weissenburg am Nordgau §. 1. p. 615.

(eeee) ap. *Lunigium spicil. secul.* 63 Absf. §. 4. p. 1515.

(ffff) ap. *Lunigium* des R. Archivs l. c. 52 Absf. Tit. Wimpfen §. 15. p. 649.

(gggg) *ibid.* l. c. 53 Absf. Tit. Windsheim §. 1. p. 668.

(hhhh) *ibid.* l. c. 54 Absf. Tit. Worms §. 15. p. 691.

(iiii) ap. *J. P. Ludewig de Prærogativis Wurtembergici Ducatus Diss. Sect. 2. C. 2. §. 3.*

(llll) ap. *Lunigium* l. c. 55 Absf. Tit. Zell am Hammerspach §. 1. p. 709. seqq.

### §. 22.

*Privilegia de non evoc. non derogant jurisdictioni Camerae imperialis, & judicii aulici.*

Exigit instituti ratio, ut quaedam, quæ ad genuinum privilegiorum de non evoc. intellectum, eorumque interpretationem spectant, proferamus. Siquidem vix fieri poterit, ut verba privilegii adeo prolixè atque accurate concipiantur, ut nullus omnino disceptationi de illis relinquatur locus. Ante omnia autem dicendum est; illum, qui privilegio de non evoc. etiamsi illimitate instructus est, frustra pro se ipso judicii camerae, atque aulici jurisdictionem recusare. Ostendimus enim supra (§. 5.) jus de non evoc. solum jurisdictionem extraneam tollere. At vero Camera imperii, atque judicium aulicum, nulla

nulla ratione tanquam judicia *extranea* considerari possunt, (per §. 6. memb. IV.) ne quidem *respective*, (§. 5.) quoniam eadem ita sunt constituta, ut universaliter per totum imperium, in omnes ibidem existentes jus dicant. Fallit igitur *illustr.* CARP-ZOVIVS in *Comm. in legem regiam* C. 9. Sect. 4. n. 4. fqq. existimans: privilegia de non evoc. adversus iudicium curiale & camerale esse concessa. Ubi enim non adest evocatio, ibi o-  
bex evocationi poni non potest. Itaque si quis Statuum impe-  
rii, vel subditorum ejus, coram alterutro horum tribunalium  
conveniatur, id salvo privilegio de non evocando fieri, eum-  
que exceptione hujus privilegii se tueri non posse, in aprico  
positum erit. Quod ergo plerumque proferunt, in causis fra-  
ctæ pacis publicæ, nec minus in causis fiscalibus, & iis, quæ  
soli Imperatoris cognitioni per *Ordin. Cam. P. 2.* reservatæ  
sunt, privilegium de non evoc. cessare, vid. GAILLIUS *de pace*  
*publ. L. 1. C. 11.* RUMELINUS *ad A. B. Part. 2. Diff. 1. §. 14.*  
fqq. KEMMERICH *Diff. de jure de non evoc. §. 17.* id tanquam re-  
strictiones privilegii de non evoc. admittere nequeo. Con-  
cedo quidem casus supra indigitatos in prima statim instantia  
recte coram summis imp. tribunalibus trahi, sed nego hac ra-  
tione privilegio de non evoc. ullam addi limitationem. Ete-  
nim citationes a tribunalibus imp. factæ haud idonee evocatio-  
nes appellantur.

## §. 23.

*De exceptione privilegii de non evoc. qualis sit illa, & a quo  
opponatur?*

Indagari porro meretur, cuinam ex litigantibus privilegi-  
um de non evoc. profit? Ex iis, quæ supra (§. 2.) adduxi argu-  
mentis facile conjectare possumus, actorem nulla ratione hoc  
privilegio se fulcire, neque actionem coram iudice proprio in-  
stituere posse, utut ipse privilegio de non evoc. gaudeat. Qui-  
bus ita comparatis, soli reo competet exceptio privilegii de non  
evoc. Quam exceptionibus *dilatoriis*, & quidem *fori declinato-  
riis* adscribere nullus dubito. Attamen lite semel coram judi-  
ce rei competente mota, superveniens privilegium de non e-  
voc.



voc. omni vi in hac causa destituitur. Pone enim reum, coram iudice ordinario conventum, alibi, ubi jus de non evoc. valet, forum habere cœpisse, & non obstante hoc privilegio litem in eo iudicio, ubi cœpta est, continuare debet. Perinde est five lis jam sit contestata, nec ne. Hic enim iudex iudicem præveniendo excludit, *L. 7. ff. de judic.* iudicium autem ubi semel acceptum est, ibi & finem accipere debet, *L. 30. ff. eod.* adeoque a priore iudice recte fertur sententia. *L. 19. princ. ff. de jurisd.* Sed quidnam erit juris in processu provocatorio, si provocatus privilegio de non evoc. utitur? Etiam hic a communi regula recedendum non esse existimo. In omni enim provocatione, five ex *L. diffamari 5. Cod. de ingen. manumiss.*, five ex *L. si contendat 28. ff. de fidejuss.* illa instituitur, provocatus vices actoris, provocans autem rei vices sustinet. Provoco vero alterum ad id, ut actionem contra me instituat, i. e. ut jura, quæ vel sibi contra me competere credit; vel quæ ita sunt comparata, ut per exceptionem elidi queant, in iudicio prosequatur. Provocans itaque revera non agit, sed provocatus. Propterea provocato, etiam si privilegio de non evoc. gaudeat ipsud non proderit, sed recte ad forum provocantis ille poterit evocari. *SCHAUMBURGII Praxis judic. L. 2. C. 6. LEYSER Med. ad Pand. Sp. 81. m. 4 & 6.*

#### §. 24.

*Evocationibus testimonii dicendi causa factis recte objicitur exceptio privil. de non evoc.*

In utramque partem disputari solet, de eo, utrum privilegio de non evoc. se tueri possit is, qui testimonii dicendi gratia ad extraneum iudicium evocatur? Negativam sententiam inter ceteros defendit *RUTG. RULANDUS de Commissar. P. 1. L. 5. C. 3. n. 25.* quem sequitur *RUMELINUS ad A. B. Part. 2. Diff. 1. §. 22. prima*, ob maximum probationum favorem, deinde quod non raro testium examinationis ratione periculum versetur in mora, tertio ne veritas maneat in occulto. His addunt alii, si evocatio testium a Camera imperiali vel iudicio aulico, adeoque sub nomine & sigillo Cæsaris facta est, *legem 58. ff. de judic.*

&c

& L. 6. §. 1. ff. de Off. Procons. Verum hæc argumenta mere sunt suavoria. Quod enim ad *primum* attinet, hic non quæstio est de eo quod æquum, sed de eo quod sit justum. *Alterum* concider, si consideremus, examen testium a judice competente in subsidium juris ad id rogato citius absolvi posse, quam si testes ipsi ad judicem evocantem iter ingrediantur. *Tertio*, examine a judice requisito rite peracto, veritas non amplius occultabitur. Quod ad *ultimum*, jam supra (§. 22.) demonstravi, hoc casu proprie non adesse evocationem. Accedit quod facies jurisdictionis in Germania admodum mutata sit, & a jurisdictione romanorum toto celo differat. Siquidem Status imperii in suis territoriis jurisdictionem non jure administratorio, sicut Præfecti rom. sed jure proprio gerunt. Adeoque allegatæ leges ad decisionem hujus controversiæ parum utilitatis adferunt. J. P. a LUDEWIG Erlâut. der G. B. Tit. 8. §. 1. not. r. p. 780. Constat potius ex antecedentibus, (§. 2. not. b.) literas requisitoriales nullam judici requisito imponere necessitatem. Quia autem evocatio testium semper per literas requisitoriales, mediante citatione subsidiaria, insinuari debet, palam est, nullam, neque citato ad comparendum, neque judici requisito ad comparitionem injungendam incumbere necessitatem. Quæ cum ita se habeant, in omni evocatione, quæ testimonii dicendi causa fit; multo minus ipse, qui privilegio de non evoc. pollet, necessitate comparendi oneratur. Itaque privilegium de non evocando inter justas causas denegandi testimonium referendum esse arbitrator. MEVII *Comment. in jus Lub.* L. 5. Tit. 3. Art. 4. §. 20. STRYCKII *Ufus mod. Pand.* L. 22. Tit. 5. §. 16.

## §. 25.

*Jurisdictio fori domicilii privilegiati fortior est jurisdictione fori specialis.*

Praxis quotidiana testatur, frequentissime evenire, ut cum foro domicilii simul se offerat forum speciale. Quibus invicem concurrentem jurisdictionem per ipsam LL. dispositionem tribui, supra (§. 3.) probavimus. Quibus ita comparatis,

jurisdictionis iudicis domicilii non erit fortior jurisdictione iudicis fori specialis, nec hæc infirmior altera, sed utraque pari passu ambulans. Alias enim libera electio actori non foret relicta. Quemadmodum vero libra, quamdiu ipsi ad utrumque latus duo pondera ejusdem gravitatis imposuisti, æqua lance pendet; simulac autem horum ponderum alterutri femiunciam addideris, seu detraxeris, lanx inclinando auctam alterutrius ponderis gravitatem indicat; ita tamdiu foro domicilii æqualis erit jurisdictionis cum foro speciali, usque dum alterutri horum nova causa accedit. Accedens autem nova causa tanquam superpondium fortius efficit illud forum, cui accessit. Nemo facile inficiabitur privilegium de non evoc. iis summo jure adnumerari causis, quæ jurisdictionem augment atque stabiliunt. Quapropter iudex fori domicilii privilegio de non evoc. potitus, non amplius æquali cum iudice fori specialis, sed fortiore atque ille utetur jurisdictione. Hisce argumentis ductus, concurrentiam fori specialis, cum foro domicilii, privilegio de non evocando (a) elidi arbitror; neque reum in foro speciali, sed coram iudice domicilii, si is privilegio de non evoc. utitur, esse conveniendum. At vero hæc res, nonnunquam a DD. ventilata, in utramque partem disputata est; ut tantus certe. nisi major, negantium numerus adsit, quantus eorum qui in affirmativam eunt sententiam. Opera igitur pretium est figillatim fora specialia percurrere, disquisivisse, quatenus privilegia de non evoc. horum intuitu vim suam exerant.

(a) Ne ullus obscuritati detur locus, monendum nobis est, si in hæc, ut & sequentibus paragraphis, usque ad §. 30. privilegii de non evocando indistincte mentionem injiciemus, nos semper privilegium de non evocando *illimitatum* intelligere.

§. 26.

*Forum delicti per exceptionem privilegii de non evoc. recte declinatur.*

Primo loco investigari meretur: utrum Principis privilegium de non evoc. proficit ad id, ne subditus, extra territorium delinquens, coram foro delicti possit conveniri? Dispicendum hic

hic est, utrum delinquens in foro domicilii, an in foro delicti sit deprehensus. Priori casu iudex domicilii recte instituet causæ cognitionem, & iudex fori delicti remissionem delinquentis nullo jure postulabit. Remissiones enim delinquentium hodie non amplius sunt necessariae, sed in mero iudicis fori deprehensionis arbitrio positæ. Itaque id tantum sub incudem vocabimus, si forum delicti simul est forum deprehensionis, utrum tunc privilegium de non evoc. jus revocandi domum operetur? Haud pauci in negativam sententiam eunt. Ex quibus potissimos RUMELINUM ad *A. B. Part. I. dissert. 8. §. 2. VITRIARIUM in jur. publ. L. 3. T. 17. §. 28. LEYSERUM in Med. ad Pand. Sp. 80. med. 7. s. MEVIUM in Comm. ad Jus Lubec. L. 5. T. 3. Art. 4. n. 27.* nominasse sufficiat. Qui omnes uno ore factentur, exceptionem privilegii de non evoc. hic nullatenus opponi. Hisce fundamentis subnixi. *Primo*, ne sub prætextu concessi privilegii flagitiorum auctoritas crescat, & publica vacillet utilitas. *Secundo*, quoniam privilegia de non evoc. strictæ sunt interpretationis. *Tertio* multis legibus v. g. *L. 3. ff. de Off. Præs. L. 7. §. penult. & L. ult. ff. de accusationibus. Nov. 69. C. 1. Authent. Qua in provincia. Cod. ubi de Crim. agere oportet*, sententiam suam corroborare student. *Quarto* fulciunt asserta sua verbis FREHERI de *testament. tutela C. 12. §. 9. Veniat tamen Bohemus, & cum nostris Germanis contractus ineat alicubi, Lipsiæ puta vel Francofurti, vel sagaces aut violentas manus alicubi intentet, aut damnabile aliquid designet, & videat quomodo fundatam ratione contractus aut delicti jurisdictionem eo loco elabatur, domumque revocans audiatur.* Quodsi autem hæc rationes paulo penitus contempleris, non tantam virtutem, quanta vulgo creditur, ipsis inesse reperies. Etenim quoad *primum*, utilitas publica non magis vacillabit, neque facinorum auctoritas altius crescet, sive a iudice domicilii, sive deprehensionis, injuria vindicetur. Qui enim formidine pœnæ peccare oderunt, iis perinde erit, a quonam iudice illa infligatur; nec procliviores ad delicta ruent, si iudex domicilii injuriam ulciscitur; siquidem utroque casu pœna certissima eos manet. Quodsi vero justitia a iudice fori domicilii fuerit denegata, tunc aliter sese res habebit



bebit (de quibus infra §. 34.). *Alterum* quod concernit argu-  
 mentum, largior quidem, & supra etiam §. 19. ipse asserui,  
 privilegia esse strictissimæ interpretationis. Sed repeto simul  
 id quod jam §. 16. monui: interpretationem privilegii non  
 adeo strictè concipiendam esse, ut ea propter privilegium omni-  
 destituatur efficacia. Privilegium vero recedentiam a jure  
 communi involvit, & aliquid novi constituit, præter id quod  
 jure communi jam constitutum est. Quodsi autem privilegio  
 de non evoc. eam virtutem adimimus, ut delinquentem in fo-  
 ro delicti deprehensum ab eodem foro liberet, nihil plane id  
 præter ea, quæ jure communi jam stabiliuntur, indulget; adeo-  
 que inutile prorsus erit, & supervacaneum. Namque res-  
 trictio hujus privilegii ad eum casum, si delinquens in foro  
 domicilii deprehenditur, adeo arcta est, ut privilegium nil no-  
 vi tribuat. Porro quod ad *tertium* attinet argumentum, Leges  
 ex jure rom. allegatæ nostræ sententiæ admodum obstare, at-  
 que vim privilegii de non evoc. majorem in modum imminue-  
 re videntur. Ast vero in decidenda hac quæstione dispositio  
 juris civilis rom. nihil omnino auctoritatis habet. Quem fu-  
 git jus Justinianæum in Germania tantum in subsidium rece-  
 ptum esse? Quousque enim Leges provinciales, statuta, pri-  
 vilegia, aliæque dispositiones specialiores adfunt, hæc omnino  
 prævalent, neque ad jus rom. recurrendum est. *Ordin. judic.*  
*Aul. Tit. I. add. STRYCKII V. M. Part. I. diff. prælim. §. 27. & 28.*  
 Itaque nil officit privilegia de non evoc. juri romano adversari,  
 seu repugnare. Privilegia qua talia, a jure rom. non possunt  
 non recedere. Ergo privilegia de non evoc. juri rom. rectè  
 derogant. Proficiscuntur enim ab Imperatore, cui vi potesta-  
 tis legislatoriæ competit facultas jus rom. mutandi, sive id fiat  
 ipsi aliquid addendo, seu detrahendo. Jura autem derogata in-  
 valide objiuntur privilegiis derogantibus. Denique *quarto*  
 verba FREHERI sinistre obvertuntur. Siquidem hic non quæ-  
 ritur quid fiat, sed quid jure fiat. Accedit, quod FREHERUS  
 l. c. in re ipsa nobiscum consentiat, in praxi tantum nonnun-  
 quam hujus dispositionis Auræ Bullæ non satis haberi ratio-  
 nem, adstruat.

Qua



Qua ratione argumentis differentientium, quæ certe non omni veritatis specie destituuntur, e medio sublatis, nostram thesin recte se habere confidimus; scilicet: in foro delicti, atque deprehensionis, valide obverti exceptionem privilegii de non evoc. domumque recte revocari. Nimis clara sunt verba *Aur. Bull. art. 8. §. 1. in quacunq[ue] causa criminali, civili vel mixta, seu super quocunq[ue] negotio.* Item in *Privilegio Civitatis Norimbergensis: ob causam realem, personalem, criminalem mixtam, utiles sive directas.* Nec non in *Aur. Bull. Brabentina: in quibuscunq[ue] causis civilibus, criminalibus, realibus, aut personalibus, res vitam concernentibus vel contingentibus, rel. & aliis privilegiis de non evoc. illimitatis, ut nullus amplius dubitationi hac in re locus esse videatur.* Itaque subditus alibi deprehensus domum revocans, iudicii deprehensionis ejusmodi verba privilegii, in quibus expressa *criminum* mentio fit, valide obvertet. Ne vero sententia mea omni auctoritate destituta esse videatur, remitto Lectores meos ad Perillustr. Dni J. P. a LUDWIG Erläut. der *Günd. Bulle T. 8. §. 1. not. x. p. 771. & not. r. p. 781. seq.* cujus assertis hac in contraverfia me calculum adjecisse haud diffiteor. Quid autem si quis in foro domicilii deliquerit, & alibi fuerit deprehensus? Tum interpositam exceptionem privilegii de non evoc. remissionem delinquentis ad forum domicilii necessariam efficere, ex rationibus paulo ante adductis, asserere nullus dubito.

## §. 27.

*Idem asseritur de foro contractus.*

Ex iis quæ paulo ante diximus facile inferri potest, utrum privilegium de non evoc. immunitatem a foro contractus, facta deprehensione, tribuat? Negant id quidem Scriptores supra nominati VITRIARIUS l.c. MEVIUS l.c. RUMELINUS l.c. *Part. 2. diff. 1. §. 10.* LEYSERUS l.c. sp. 73. m. 6. alique ex iisdem quas spha anteced. recensui rationibus, imprimis vero propter L. 2. §. 4. ff. *de jud.* L. 19. §. 2. & 3. ff. *cod. Arg.* L. 24. ff. *cod.* L. 45. *cod.* L. 3. ff. *de rebus auct. jud. poss.* Ostendimus autem rationibus hisce nullam omnino vim inesse; præcipue

H

disposi-



dispositionem juris rom. ad hanc litem componendam perperam trahi. Itaque ex assertis nostris §. 25 & 26. *in fine*, evidenter apparebit: in foro contractus stare non debere eum, qui privilegio de non evoc. illimitato munitus est; sed, etiamsi ibidem reperiatur, exceptionem privilegii de non evoc. & imprimis verba: *ob quamcumque causam, civilem, realem, personalem, mixtam*, aliaque similia, recte objicere.

§. 28.

*Privil. de non evoc. dissolvit continentiam causarum.*

Examinandum potro est, quatenus privilegium de non evoc. forum continentiae causarum impediatur. Continentia causarum, secundum STRYCKIUM *in Uf. Mod. L. II. T. 2. nihil aliud est, quam coherentia controversarum, propter quam illarum cognitio commode separari nequit, sed coram eodem iudice terminanda.* Oritur ejusmodi continentia vel ex connexitate causae, vel ex ejus identitate. Connexitas causarum adesse dicitur, ubi causae ita sunt comparatae, ut altera sine altera commode institui nequeat; velut actio ad exhibendum, & rei vindicatio. Identitas autem causarum locum habet, ubi ex eodem fundamento eadem actio adversus plures personas instituitur, haec v. g. in iudicio familiae heriscundae, de communi dividundo etc. reperitur. Quibus praemissis facilius erit ipsam enodare quaestionem. Posita connexitate causarum, nihil plane dispositio juris immutatur, si reus, cum quo mihi lis est, privilegio de non evoc. gaudeat, si non. Priori casu enim iudici privilegiato, posteriori autem alii iudici competenti utramque causam connexam me exponere oportet. Posita vero causarum identitate, ita, ut eadem actio mihi detur adversus plures correos diversi fori, quorum aliis competit privil. de non evoc. aliis non competit, tunc res majoribus difficultatibus involuta esse videtur. STRYCKIUS ad LAUTERBACHIUM L. II. T. 2. *idem in V. M. l. c.* PETR. FRIDERUS *de process.* L. 3. C. 3. n. 7. SCHAUMBURG. *in Comp. Digest.* L. II. T. 2. §. 1. & reliqui existimant, privilegia de non evoc. hoc casu cessare, & iudicia suprema atque communia, Cameram scilicet imperialem, & iudicium aulicum, esse aedeunda.

adeunda. Id quidem salva thesi mea concedere possem, siquidem supra jam sæpius, præcipue §pho 22. monui: per implorationem, seu aditionem Camerae imperialis, privilegia de non evoc. haud violari. Quoniam vero id absque transgressione beneficii primæ instantiæ vix fieri queat, sententia *illustr.* LEISERI in *Med. ad Pand. sp. 122. med. 7.*, quæ auctoritate SCHILLERI in *Exerc. ad D. 21. §. 14. l. a.* nititur, magis mihi arridet, etsi quoad modum argumentandi ab ipso discesserim. *Ait autem Vir. illustr. tunc non posse adiri judicem superiorem, quam aliter Dominus habet jus de non evocandis subditis suis.* Exinde sole clarius apparet, privilegium de non evoc. tollere continentiam causarum, & correorum quemlibet separatim coram suo iudice esse conveniendum. Quæ sententia suis certe haud destituitur rationibus. *Primo enim juri communi id non adversatur, siquidem SCHAUMBURGIUS l. c. arbitratur: deficiente iudice communi actionem merito sciendam esse. Deinde volens adversarius in suo iudicio tenetur, teste MYNSING. Cent. 1. Obs. 97. in fin. id vero præsumendus est voluisse ille, qui contrarium velle lege prohibetur. Denique cum privil. de non evoc. illimitatum ad omnes causas, omniaque iudicia, absque ulla restrictione se extendat (§. 16.), etiam causas continentes non potest non concernere, continentiamque dissolvere.*

## §. 29.

*Quatenus exceptio privilegii de non evoc. foro rei sitæ obijciatur.*

Simili ratione exceptio privilegii de non evoc. omnino locum sibi vindicat, si quis actione reali ratione proprietatis in foro rei sitæ conveniatur. Equidem quibusdam videtur privilegium hoc casu vires suas amittere, quoniam rem extra territorium iudicis sitam jurisdictioni ejus non subesse, sed in eo territorio, in quo est, defendi debere existimant. Quam sententiam legibus juris Justinianeï inter ceteros superstruit RUMELINUS ad *A. B. Part. 2. Diff. 1. §. 13.* Attamen repeto id, quod supra (§. 26.) jam monui, scilicet legibus juris civilis per



privilegia & constitutiones specialiores derogari, adeoque a dispositione juris Justiniani hic esse recedendum. Deinde verba privilegii semper secundum intentionem legislatoris ita esse interpretanda, ne sint superflua aut supervacanea, sed ut effectum producere possint. Quodsi autem penitus pervolveris verba: *ob quamcunque causam realem, sive in quibuscunque causis - - res - - concernentibus vel contingentibus*, facile perspicies, illa non solum intelligenda esse de rebus subditorum, quæ intra territorium judicis privilegiati continentur, (quid enim hoc ipso judici privilegiato consultum esset?) sed etiam res extra territorium fitas concernere, jurisdictionemque judicis privilegiati eo usque prorogare. Itaque reus ratione bonorum extra territorium litorum conventus, ab alio iudice evocari non potest, sed lis in foro domicilii privilegiati erit terminanda. Tamen remedia possessoria, summaria, atque summariissima, quæ ad retinendam possessionem adhibentur, simpliciter in eo foro, ubi res, de cujus possessione disceptatur, sita est, institui debent, per *L. un. C. ubi de poss. agi oport.* Nec obstabit exceptio privilegii de non evoc., quoniam hic neque electio actori libera est, neque iudex extraneus tempeste ipsi, qui de retinenda possessione agit, succurrere potest. Quodsi vero, absoluto possessorio, dein petitorium iudicium instituat, omnino causa ad iudicem privilegio de non evocando munitum deferenda erit.

## §. 30.

*Exceptio privilegii de non evoc. rite opponitur foro gestæ administrationis.*

Perlustrandum denique est, utrum exceptio privilegii de non evoc. rite objiciatur ipsi, qui in foro gestæ administrationis, & reddendarum rationum, alterum convenire cupit? A permultis DD. juris civilis tanta huic foro adscribitur virtus, ut ipsud indeclinabile, tam ratione rei, quam ratione actoris esse existiment. Quapropter illustr. LEYSERUS in *Med. ad Pand. Sp. 73. med. 5.* indistincte hoc casu omnem vim, omnemque virtutem, privilegio de non evoc. denegat, eumque, etsi privilegia-

giatum, in foro administrationis nunquam non stare debere arbitratur. Quam sententiam tamen postea *Sp. 30. med. s.* limitat, & de illo tantum casu intelligendam esse monet: quo reo presenti in loco administrationis citatio insinuat; non vero eo extendendam, ut citari quoque illum in territorio principis privilegiati liceat. Argumenta, quibus asserta sua superstruxit, deprompta sunt ex *L. 1. C. ubi de ratiociniis &c. & L. 36. §. 1. ff. de jud.* Sed si dispositio harum legum adeo generalis est, uti ille asserit, non video, quare in sequentibus distinctione sit usus. Quodsi enim vocabulo oportet tanta inest efficacia, quantum ipsi LEYSERUS tribuit, id omnem etiam respiciet limitationem. Nobis quidem ratio harum legum intuentia esse videtur. Ex ratione enim legis legem potissimum intelligi, & cessante ratione ipsam legis dispositionem cessare, nemo inficias ire audebit. Ejus vero, quod ille, qui alienis negotiis se obtulit, in foro negotiorum gestorum stare debeat, rationem adjicit *Fulianus* in dicta *legi 36. §. 1. ff. de jud. quia sua sponte sibi hanc obligationem contraxerit.* Hæc autem ratio cessat, si actio movetur contra eum, qui privilegio de non evoc. utitur, quoniam subditus juri de non evoc. in præjudicium principis sui neque renunciare, neque se jurisdictioni alterius judicis submittere potest; quod infra (§. 38.) uberius demonstrabimus. Adeoque ejusmodi obligatio a subdito principis privilegiati sponte contracta, ipso jure nulla erit.

Altera ratio, cur secundum tenorem juris rom. administrator in foro negotiorum gestorum ad rationum redditionem adstringatur, exprimitur in *L. 2. C. ubi de ratioc.* scilicet, quoniam in hoc foro instructio sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari. Ex hisce verbis autem nihil amplius conjectari possumus, quam, quousque coram alio iudice sufficiens probatio institui non potest, forum gestæ administrationis ceteris esse præferendum. Quodsi vero coram iudice domiciliæ æque sufficiens instructio, vera testimonia, atque documenta præstari possunt, cessat ratio, cur iudex fori gestæ administrationis reliquis sit anteponeendus. Accedit, quod *Ordinatio politica imperii de a. 1577. Tit. 32. magistratibus injungat,*




gat, ut tutores, aliosque rei alienæ administratores constituent, rationumque redditionem ab ipsis exigant. Itaque per ipsas imperii LL. huic dispositioni juris rom. derogatur, & praxis, legibus imperii se conformando, a dispositione juris rom. hac in re æque recedit; siquidem hodie administrator non amplius coram iudice sub quo negotia gessit, sed coram eo, qui administratorem constituit, conveniendus est; ut ipse LEXSERUS l. c. Sp. 73. med. 9. asserit. Multo magis a jure romano recedendum erit, si forum gestæ administrationis concurrat cum foro domicilii jure de non evocando munjto. Fieri enim potest, ut & in hoc probatio sufficiens, tam per jus jurandum, quam per testes, & documenta, instituat. Testes autem absentes requisitorialiter examinentur, documenta vero, quæ præsto non sunt, ex provincia adferantur. *L. 45. princ. ff. de judic.* Quæ probatio etsi nonnunquam difficilior fortasse absolvatur, tamen hæc difficultas vinci, neque privilegio de non evoc. obesse potest. Nostra igitur eo redit sententia: forum gestæ administrationis per exceptionem privilegii de non evocando imprimis per verba privilegii: *pro quacunque causa civili, seu quocunque negotio*, recte declinari.

## §. 31.

*Privilegium de non evoc. adversus forum domicilii perperam allegatur.*


Monendum adhuc nobis visum est, actori nulla ratione imponi necessitatem, coram foro speciali, v. g. contractus, causam instituendi; etiam si iudex fori, quod per accidens speciale fit, privilegio de non evocandis subditis utatur. Etenim privilegium de non evoc., ut supra (§. 6.) demonstravimus, ad subditos tantum se extendit, quibus minus principaliter describitur, quatenus ex eo insignis in subditos principis privilegiati redundat utilitas. Forum autem speciale, quatenus est tale, non concernit subditos, sed extraneos, qui juxta dispositionem juris civilis, vel per celebrationem contractus, vel per administrationem rei alienæ, vel alia ratione, jurisdictioni hujus


 jus fori se reddiderunt obnoxios. Quibus positis circumstantiis, neque reus, coram iudice domicilii non privilegiato conventus, exceptione privilegii de non evoc. quod iudici fori specialis competit, se fulcire, neque iudex fori specialis de facta evocatione conqueri potest. Ex his prono alveo fluit, regulam vulgarem: *privilegiatus contra æque privilegiatum non utitur privilegio*, in causis, quæ respiciunt evocationes, omnino admittere exceptionem. Fac enim utrique iudici, tam *fori specialis*, quam *domicilii* competere privilegium de non evoc., tum, actione coram foro speciali mota, *hic* quidem violationem privilegii patitur, neutiquam vero *ille*, lite coram foro domicilii suscepta.

## §. 32.

*Qua ratione exceptio privilegii de non evocando interponatur?*

Eginus hæcenus de genuino privilegiorum de non evoc. illimitatorum intellectu, simulque ostendisse speramus, quatenus illa vim virtutemque suam exserant, illorum intuitu, qui exceptione hujus privilegii sunt suffulti. De facto autem sæpe sunt, quæ de jure fieri non debent. Itaque operæ pretium esse videtur, indagare, quid juris sit, si ab extraneo quodam privilegium de non evocando violetur. Privilegiatus, si ab extraneo iudice evocetur, utrum citationi stare, & fori incompetentiam probare necessum habeat, non adeo expeditum est. Quæ diu multumque a DDibus ventilata quidem est quæstio, neutiquam vero decisa. Sunt, qui citatum, ut compareat nullatenus teneri afferunt; nec desunt, qui non obstante privilegio citationi parendum esse existimant. *Illi* sententiam fundant eo, quod in Aurea Bulla citationes contra privilegium de non evoc. emissæ *casentur penitus, atque irritentur* (a). *Hi* vero asserta sua superstruunt *legi s. ff. de iud.* (b). Nobis quidem utrorumque sententiæ facile conciliari videntur, distinguendo inter privilegia de non evoc. notoria, atque publica lege manifestata, & inter ea, quæ non adeo sunt notoria. CARPZOV in *Comm. in legem regiam C. 9. Sect. 5.* Prioris generis, qualia sunt



funt privilegia Electorum Aureæ Bullæ inserta, unicuique iudici, nisi plane, (quod a iudice abfit) legum patriæ imperito, adeo respecta atque cognita sunt, ut sufficiat verba eorum allegasse, neque comparitione ad ulteriorem incompetentiæ fori probationem opus sit. LUDEWIG Criaut. *der G. B. Tit. 8. §. 1. not. y. p. 788.* Quodsi vero tenor privilegii non adeo est expeditus, sed amplior immunitatis demonstratio exigitur; nudam privilegii allegationem haud sufficere, sed citatum comparere, & jus suum docere teneri arbitror, per dictam *L. 5. ff. de jud.* Privilegia enim de non evoc. sunt diversimoda, & varia ratione limitata (conf. §. 17. usque ad 19.). Necessè igitur est, ut privilegiatus, si ad extraneum tribunal citatur, non in genere ad privilegium provocet, sed speciatim demonstret SIBI, intuitu ejus CAUSÆ PROPTER QUAM CITATUR, adversus JUDICEM CITANTEM, competere privilegium de non evocando. Ad hanc demonstrationem perendam opus est comparitione, quæ sive in persona, sive in scriptis fiat, perinde est. MILLE-RI addit. ad *Rumelinum in A. B. P. 2. Diff. 1. §. 6.*

(a) Aurea Bulla Art. 9. §. 1. in fine: Statuimus, ut si contra privilegium - - quispiam - - - citatus fuerit - - vel citata, comparere, vel in iudicio respondere minime teneatur. Quodsi adversus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem a quocunque iudice, cujuscunque auctoritatis existat, extra regnum ipsum Bohemia constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias vel definitivas, unam vel plures, in quibuscunque prænomminatis causis sive negotiis, quovis modo fieri & promulgari contingeret, auctoritate præmissa, de plenitudine insuper antedictæ imperatoris potestatis, citationes, præcepta, processus, & sententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia, quæ ex eis, vel aliquo eorum, quomodolibet sequi, attentari possint vel fieri, irritamus penitus & cassimus. Ibidem Art. 11. §. 2. Quodsi contra præsens edictum nostrum prædictos ecclesiarum Treverensis, Moguntinensis, seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem seu aliquos ad cujuscunque instantiam, seu ad cujuscunque Tribunal, pro quacunque causa criminali, civili, vel mixta, seu quocunque negotio, extra territorium, limites seu terminos dictarum ecclesiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere vel respondere minime teneantur, & citatio, ac processus & sententia interlocutoria vel definitiva contra non venientes a talibus iudicibus extraneis lata vel facta, fienda vel ferenda, nec non præcepta & præmissorum executiones, & omnia quæ ex eis vel aliquo eorum quomodo liber sequi, attentari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso.

(b)



(b) Ab instituti ratione non alienum erit, ipsa legis addere verba: *Si quis ex aliena jurisdictione ad Prætorum vocetur, debet venire* - - prætoris est enim estimare an sua sit jurisdictio: vocati autem non contemnere auctoritatem Prætoris: nam & legati, ceterique, qui revocandi domum jus habent, in ea sunt causa, ut in jus vocati veniant, privilegia sua allegaturi.

## §. 33.

*Quid, si privilegium de non evoc. violetur?*

Quodsi vero iudex extraneus exceptionem privilegii de non evoc. sibi rite oppositam admittere recusat, & contra privilegiatum ulterius procedit, omnes hi processus per dispositionem *A. B. Art. 8. §. 1. & Art. 11. §. 2.* pro ipso jure nullis declarantur. Itaque reiteratæ citationes, sive privatim sive edictaliter factæ sint, privilegiato præjudicium haud adferunt, etiam si peremptorie sub pœna præclusi, recogniti, confessi & convicti citatus fuerit. Impune emanet, neque propter contumaciam in expensas condemnari potest. Iudex enim nulliter procedit, & omnes ejus sententiæ interlocutoriæ, quibus non comparenti pœnam expensarum, præclusi, recogniti, confessi & s. p. adjudicare tentat, irritæ sunt atque nullæ. Nec minus sententiæ definitivæ a iudice extraneo adversus privilegiatum ex meritis causæ conceptæ, neque in vim juris transire, neque executioni mandari queunt. Obstat enim ipsis vitium nullitatis. Quapropter iudicem, qui vi aut clam reum privilegiatum ex territorio alieno deducendum curat, tanquam pacis publicæ turbatorem, coram Imperatore atque imperio accusandum præclare censet illustris Dn. a Ludewig, l. c. not. K. p. 796. Imo neque arrestationibus, neque pignorationibus, neque confiscatione bonorum rei intra jurisdictionem iudicis extranei fitorum, neque aliis modis, sententiæ adversus privilegiatum latæ, efficaciam conciliari posse existimaverim. Etenim sententiæ, nec non executiones, & omnia quæ ex eis quomodolibet sequi, attendari possunt, vel fieri, irrita sunt atque cassata. Magistratui autem privilegiato competit petitio remissionis rei. Etsi Aurea Bulla nullam in violatores privilegii de non evoc. pœnam statuerit, tamen juxta dispositionem privilegiorum de non evocan-

do



do Statibus imperii speciatim exhibitorum, violatores horum privilegiorum poenam pecuniariam atque arbitriam nonnunquam incurrunt (a). Cujus dimidia pars fisco imperiali, dimidia laeso solvenda est. Quam multam non solum ad iudicem dolose evocantem, sed etiam ad actorem litem coram iudice extraneo pervicaciter instituentem, nec non ad advocatos, procuratores, aliosque huic evocationi scienter ministerium suppeditantes, extendi, haud iniquum videtur.

(a) Vid. privilegium Norimbergensium ab Imp. Friderico III. a. 1470. confirmatum ap. Lanigium in X. A. P. sp. cont. 4. 2ter Theil 55fter Abf. Tit. Nurnberg. §. 55. ubi Imperator sub poena centum marcarum auri puri ipsos evocare prohibet. Adde Auream Bullam brabantinam ap. Linnaeum Jur. publ. L. 5. C. 2. §. 53. Si quis - - libertatibus in praesenti contentis pagina contraire praesumeret - - poenas indignationis, destitutionis & praescriptionis & amissionis jurium suorum, honorum & conditionis, gradus & status, quibus eundem in casu praedicto declaramus, evidenter fore privatam, poenam 100 marcarum auri puri se noverit irremissibiliter incurrisse; quarum medietatem regalis nostri fisci, & residuam partem injuriam passorum usibus determinamus applicandam. Ita etiam in privilegio Wurtembergensium, & Lubecensium evocationes sub poena centum marcarum auri puri prohibentur. Vid. Dn. a Ludewig de Praerog. Wurtemb. Ducatus. Sect. 2. C. 2. §. 3. Miscellanea Lubecens. Volum. 3. pag. 61.

### §. 34.

*Abusus privilegii de non evocando: ubi de Aurea Bulla Brabantina.*

Quemadmodum igitur juris dispositioni adversatur, si vel iudex, vel actor, privilegio de non evoc. contraire praesumit; ita non minus legibus repugnat, cum privilegiatus jus de non evocando ultra limites in privilegio expressos extendere conatur. Abusus enim privilegii de non evoc. absque imminutione juris alterius fieri haud queunt. Quibus vero modis privilegio de non evoc. abuti quis possit, id ex §pho 17. facile est conspectu. Quoties nimirum limites privilegii mihi concessi additis transgredior, aut ex capite privilegii illimitate concessi jura mihi arrego, quae neque in verbis privilegii exprimuntur, neque ex natura ejusdem fluunt, toties privilegio abutor.

utor. Quot quantisque dissensionibus abusus privilegii de non evoc. aniam præbere valeant, id perspicuè apparet ex querelis Statuum imp. contra Auream Bullam Brabantinam toties motis, totiesque reiteratis (a). Largior quidem, gravamina contra abusus hujus Bullæ oblata, quoad maximam partem, probe fundata esse; et si de omnibus non idem adseruerim. Ut vero pondus & virtutem horum gravaminum accuratius pendere liceat, potissima eorum hoc loco subnectere, ab institutioni ratione haud alienum esse videtur. *Primo* autem Status imp. queruntur de eo, quod sub obtentu hujus privilegii, diversi processus & evocationes in imperio contra Status finitimos, eorumque subditos, a Regimine Brabantino decernantur. Ex eo enim, quod Brabantini ab aliis evocari nequeant, nulla argumentatione inferri potest, ipsis competere jus alios evocandi. Potius valebit regula usitatissima: actor in omnibus sequitur forum rei. Tametsi evocationes a Regimine Bruxellensi decernantur propter rem sitam, nihilominus evocationem hanc recte se habere negaverim, per ea, quæ supra (§. 31.) uberius exposui. *Deinde*: quod evocatus coram Regimine Brabantino ad declinandum forum, & judicis incompetentiam probandam comparens, propter comparitionem & intronisationem se subiectum reddidisse censetur. In eo etiam Brabantini majus atque licuit jus sibi arrogare studuerunt. Qui enim comparet ad proferendas exceptiones fori declinatorias, is eo animo comparet, ut declaret, judici, cui causa controversa exposita est, facultatem eam decidendi deficere. Dissensu itaque expresse declarato, quomodo censei poterit auctoritatem ejus judicis, cujus jurisdictionem impugnamare studet, agnovisse? Censendus potius erit in honorem judicii, & ne Prætoris auctoritatem contemnere videatur, comparuisse. Rite autem probata exceptione fori declinatoria, effectus ejus is erit, ut accusatus ab instantia absolvatur. *Tertio* objicitur Brabantinis atque Limburgensibus: quod subditos in foro delicti aut contractus comprehensos, a jurisdictione istius loci emerint, atque literis avocatoriis reclamaverint. Adserui supra §. 26 & 27. jure de non evoc. illimitate privilegiatos etiam a foro deprehensionis immunes esse. Neutiquam vero id ad privile-



vilegia de non evoc. limitata trahi debet. Etsi vero subditis Brabantinis & Limburgensibus plena immunitas a jurisdictione extranea tribuatur, tamen in Aur. Bull. Brabantina expressis verbis exceptio adjicitur: *nisi reus aut debitor, qui debitis seu delictis talibus se sponte propria obligavit, personaliter comprehendatur.* Quod tamen cum grano salis accipiendum esse arbitror. Neque quodvis forum deprehensionis competens esse existimaverim. Repugnaret enim id verbis præcedentibus A. B. B. quibus sancitur: *ne quis, quacunque noxa seu debito involutus, arrestari, seu detineri debeat.* Perplacet itaque nobis sententia Autoris *Electorum jur. publ. Tom. 14. n. 39.* qui verba *se sponte propria obligavit*, ita explicat: *es sey denn, daß er sich zum Personal-Arrest außserhalb Landes beständig verschrieben hätte.* Quibus positus gravamina Statuum imp. contra abusus A. B. B. exhibita, eatenus fundata esse videntur, quatenus Brabantini subditos, qui sponte propria se debitis obligaverunt, *die sich zum Personal-Arrest verschrieben*, literis avocatoriis reclamant. Minus vero, quatenus cujusvis fori deprehensionis competentiam admittere recusant. Quarto Brabantini accusantur: *quod etiam in casu denegata, atque protracta justitia, evocationibus resisterint.* Plerisque privilegiis de non evoc. hæc adjecta est clausula: *nisi con- queri volentibus justitia fuerit denegata.* Quæ ita intelligenda est, quod in eo casu, in quo judex privilegiatus litigantium controversias componere atque decidere recusat, nullo habito respectu privilegii de non evoc. judici extraneo aliter competenti, a partibus eadem causa possit exponi. Non vero ad alias causas, in quibus justitia non fuit denegata hæc clausula trahenda est. Caveas igitur, ne eam ita interpreteris, ut, justitia semel denegata, omne privilegium de non evoc. amitti existimes. Quodsi itaque sufficienter probari possit, Regimen Bruxellense extraneis coram se actionem adversus cives Brabantinos influentibus, justitiam denegasse; nemo non fatebitur, extraneo judici permiffum esse, absque violatione privilegii, civem Brabantinum evocare. Siquidem in A. B. B. claris verbis evocatio permittitur, ubi justitia fuerit denegata. Denique acerbissimas querelas Ordines imperii movent, quod

Regi-



*Regimen Brabantinum, pro afferendo jure suo, arrestis, & repressaliis in tertios, etiam innocentes, sciat.* Arrestationes & repressalias, quæ jure gentium introductæ sunt, non minus in ipso jure naturali fundatas esse, non est, cur dubitemus. Competit nimirum jus repressaliarum per expletionem juris. Leges enim naturales permittunt jus ad media ipsi, cui competit jus in finem. Repressaliæ vero, & arrestationes, considerantur tanquam idonea remedia, ad læsionis passivæ reparationem impetrandam, & jura sibi competentia consequenda. Brabantini igitur censendi non sunt, quatenus ad jura sibi per A. B. B. competentia tuenda & vindicanda, repressaliis & arrestationibus usi sunt. Eatenus vero gravamina Procerum imp. recte se habent, quatenus Brabantini abusus, a se contra tenorem A. B. B. susceptos, ejusmodi violentis remediis stabilire presumsunt. Sufficient hæc, quæ breviter de gravaminibus contra abusus A. B. B. ab Ordinibus imperii motis commemoravimus. Ipsa Statuum gravamina, & quidem Circuli Westphaliæ inferioris ap. LONDORP. actor. publ. Tom. 5. p. 685-690. in specie autem Colonienfium ap. SCHILTERUM in Inst. jur. publ. T. II. Tit. 19. p. 305. Leodienfium vero in *Electis juris publ.* Tom. 14. p. 829-836. nec non in *Med. ad Instr. Pat. Caf. Suec. ad art. 9. §. 1. not. & in Med. ad Cap. Josephi ad art. 8. not. d.* uberius expolita reperies.

(a) Celebratissima hæc Aurea Bulla Brabantina nihil aliud continet, nisi privilegium de non evocando, ab Imperatore Carolo IV Ioanni III Lotharingæ Brabantæ atque Limburgæ Duci, ejusque heredibus & successoribus, propter bene merita, adeoque titulo oneroso, anno 1349 concessum. At vero id pomum Eridos innumeras fere in imperio disceptationes excitavit, animosque Procerum imp. instigando, fontem & scaturiginem multorum malorum aperuit. Abusus enim atque excessus humanæ avaritiæ, a Brabantinis & Limburgensibus instituti, Statibus imperii præsertim Circuli Westphaliæ inferioris, Colonienfibus, & Leodienfibus, adeo intolerabiles visi sunt, ut acerbissimas subinde eam ob causam moverint querelas. Istiusmodi gravamina & in comitiis, & in conventibus imperii particularibus an. 1582. 1594. 1598. 1603. 1641. 1670. 1704. & 1713. tam ad corrigendos abusus, quam ad ipsius Bullæ Brabantinæ abolitionem impetrandam, prolata reperiuntur. Quamvis vero Legati Circuli Burgundici scripto quodam, cui nomen dedere: *Gegenbericht der Burgundischen Abgesandte an Churfürsten, Fürsten und Ständ, den Brabantischen Proceß betreffend* 1603. 25 Jun. præsertim autem in



concinno & solidissime elaborato illo, quod inferibitur *Antiinformatis Circuli Burgundici adversus Circulum Westphaliae inferioris*, 1641. 19 Sept. ap. *Londorp. Actor. publ. T. 5. p. 688 & 690.* gravamina Statuum imp. refutare lapidem moverint; tamen nihilominus per *Rec. Imp. de 1641. §. 94 & 95.* abusus A. B. B. sub clausula adhibendorum remedium, quibus pacis publicae violatores coercentur, serio interdicebantur. Quos itidem tollendos esse sancitur in *Instr. Pacis Westph. & quidem Osnabrugensis Art. 9. §. 1. Monasteriensis Art. 67.* Reiteratis itaque Statuum querelis, reiterantur etiam prohibitiones horum abusuum, ita ut ejusmodi leges inferre reperiantur Capitulationibus Ferdinandi IV. Art. 6. Leopoldi Art. 8. Josephi Art. 3. Caroli VI. Art. 27. Caroli VII. Art. 27. Francisci Art. 27. §. 4. & Josephi II. Art. 27. §. 4. Verum enim vero omnibus hisce dispositionibus Aur. B. B., quae adhuc hodie in viridi observantia est, neutiquam abolitur; sed tantum abusus hujus privilegii tollendos, Statibusque laevis adversus Brabantinos jure reversionis succurrendum esse, statuitur. Interim multis hisce constitutionibus parum effectum esse, quis ignorat? Ipsam Auream Bullam Brabantinam inter ceteros adseravit *Limæus Jur. publ. Lib. 5. Cap. 2. n. 53. Carolus* - - - *Illa igitur ejus merita clare mentis inruitu limpidius intrinsecus, ei (scil. Joanni Lotharingae Brabantiae & Limburgiae Ducis) heredibus & successoribus suis in perpetuum hanc concessionem* - - *duximus faciendam* - - *statuentes, quod nullus Archi Episcopus, Episcopus, Comes, Princeps, Baro, Nobilis, aut cujuscunque conditionis existat, ecclesiasticus sive temporalis, in quibuscunque causis civilibus, criminalibus, realibus aut personalibus; res, vitam contingentibus, vel honorem, aliquam jurisdictionem seu judiciariam potestatem temporaliter in subditos, Vassallos & servitores dictorum Ducis & heredum, & successorum ipsius infra Ducatum Lotharingiae Brabantiae, & Limburgiae, & Marchionatum imperii eorum, & eorum appendia, & quascunque pertinentias constitutos, cujuscunque persone & intra & extra limites eorum dominiorum, & etiam qualiscunque gradus, status seu conditionis existat, evocando, citando, appellando, adjudicando, presentando, hanniendo, proscribendo, aut alios actus judicarios faciendo, per sententias interlocutorias, seu diffinitivas exercere presumat, nisi efficaciter primitus evidenti ultimo documento probetur, quod a iudicibus, officialibus & aliis fidelibus dictorum Ducis heredum - - iustitia fuerit denegata: - - decernentes universas & singulas sententias - - si quas - - emanare contigerit, irritas penitus & inanes. - - Illud praecipue statuendum duximus - - ne aliquis vassallus, subditus ac servitor Ducis heredum & successorum ipsius, infra ducatum Lotharingiae, Brabantiae, Limburgiae & Marchionatum Sacri imperii, & eorum appendia, seu pertinentias constitutus, in quibuscunque episcopatibus, terris, provinciis, principatibus seu dominiis sacro imperio subiectis, ecclesiasticae seu temporales, seu cujuscunque alterius jurisdictionis existat, loco & vice alterius de eodem doni.*



dominio quacunq[ue] noxa seu debito involutus, arrestari seu detineri rebus, aut corpore molestari debeat - - nisi fortassis reum, seu debito-rem hominum, qui circa voce manualiter non tractus, sed sponte propria se debitis seu delictis talibus obligasset, absque aliorum præjudicio contingeret personaliter comprehendi. &c.

## §. 35.

Quibus modis privilegium de non evoc. solvatur?

Ordo operis demum nos ducit ad id, ut investigemus, quibus modis jus de non evocando solvatur. Constat ex §pho 15. jus de non evocando Procerum imperii ex privilegio originem trahere. Itaque quot modis privilegia amitti solent, totidem modis etiam privilegia de non evocando amittuntur. Quapropter brevitate amore triplicem tantum modum, quo hocce privilegium tollitur, tetigisse sufficiat. Solvitur nimirum privilegium de non evocando I. Morte, II. Renunciatione, III. Revocatione.

## §. 36.

I. *Morte.*

Mors vel est naturalis, vel civilis. Primo videamus quatenus mors naturalis jus de non evoc. solvat. Et certum quidem est, privilegium de non evoc. personale, simul cum persona privilegiati exspirare; familie vero cuidam concessum, non nisi simul cum familia extingui (§. 18). Privilegia autem de non evoc. realia morte naturali neutiquam solvi, in aprico positum est. Deinde quod attinet ad mortem civilem, non absque ratione pro civiliter mortuis habemus proscriptos, seu illos qui in bannum imperii inciderunt. Prouti enim mors naturalis amissionem omnium jurium naturalium involvit, ita proscripcio absque privatione jurium civilium atque publicorum esse non potest. Proscripcio enim est actus, quo quis publice omnibus juribus, tam publicis, quam privatis, exiuit. Quoniam vero privilegium de non evoc. ad jura publica pertinet, sequitur ut Status imp. jure de non evoc. gaudens, postea vero in bannum imp. declaratus, eo facto privilegio de non evoc. pri-



privetur. Id privilegium cum personale fuerit, omnino extinguitur. Si vero reale fuit, seu familiæ concessum, tunc proscriptus quidem hoc privilegio privatur, minime vero ejus descendentes, & agnati, aliive successores; sed privilegium cum ipso territorio in successorem transit. Non solum enim æquitas naturalis, sed etiam LL. imp. efflagitant, ne proscriptio nocentis in præjudicium innocentis tendat. *Capitul. Noviss. Artic. 20. §. 8.*

## §. 37.

## II. Renunciations, &amp; quidem (a) tacita.

Alter modus, quo privilegium de non evocandis subditis amittitur, est renunciatio. Nam cuilibet, juri in sui favorem introducto, renunciare licet. Renunciatio autem duplici ratione absolvitur. Fit enim illa vel expresse, vel tacite. Tacite renunciasse censetur ipse, qui juri suo, cum occasio utendi adfuerit, non usu voluntario, per lapsum temporis lege definiti, caruit. Quapropter dubium non est, quin privilegium de non evoc. non usu voluntario, adeoque præscriptione, amitti possit. Facta tamen evocatio subintelligitur. Etenim cum occasio hocce privilegio utendi defuerit, præscriptio nulla ratione currere incipit, quoniam, quæ non habent quotidianum usum præscriptione nec amitti, nec adquiri possunt. *GROT. de I. B. & P. L. 2. C. 4. §. 15.* Deinde evocationes reiterato factas esse requiritur. Unicus actus non sufficit, sed toties repetitus sit necesse est, ut ad notitiam Principis privilegiati pervenire queat, evocationes a iudice extraneo adversus subditos ejus esse institutas. Status enim privilegiatus, qui novit evocationes a iudice extraneo moliri, & neque evocationem literis avocatoriis, neque interveniendo interpellavit, tacite privilegio suo, renunciasse videtur. Temporis spatium, ad privilegium de non evocando extinguendum, siquidem lege quadam certa definitum non est, præscriptioni triginta annorum hic locus esse videtur, propter *L. 3. C. de præscr. XXX. vel XL. annor.* Quodsi itaque evocatio subditorum Principis privilegiati ab uno eodemque iudice, veluti Caio, suscepra, & ab eodem per tri-  
ginta



ginta annos saepius reiterata, nec unquam exceptio privilegii de non evoc. ipsi opposita fuerit; (etsi evocationes ab aliis iudicibus tentatas Princeps vi privilegii non admiserit;) tum post lapsum XXX annorum Cajo denuo evocanti nulla ratione exceptionem privilegii de non evocando obverti posse, expediti juris esse videtur. Etsi enim aliorum iudicum evocationes Princeps privilegiatus repulerit, tamen intuitu Caji privilegio suo renunciassse censendus erit. Cajo autem jus ex praescriptione longissimi temporis enascetur. Pone vero, quod non Cajus solum, sed etiam Titius, & Sempronius, alique complures iudices extranei, subditos Principis privilegiati promiscue evocaverint, neque ulli horum exceptio privilegii de non evoc. per spatium XXX annorum sit opposita, tum privilegium de non evoc. praescriptione omnino sublatum esse, non absque ratione adfirmare ausim. Tempus vero, quo praescriptio currere incipit, computandum erit, non ab eo termino, quo privilegium de non evoc. concessum, sed ab illo, quo primam evocationem factam esse constat.

§. 38.

(b) De renunciatione expressa, a parte subditorum facta.

Renunciationi tacite opponitur renunciatio expressa, quae fit verbis vel ore vel scripto prolatis. Permultum vero discriminis interest, a quonam haecce renunciatio expressa privilegii de non evoc. peragatur. Fieri enim illa potest, vel ex parte Principis, cujus subditi evocantur, vel ex parte subditorum, qui evocati scientes comparent. Equidem renunciatio privilegii ex parte subditorum facta, permagnam cum prorogatione fore similitudinem habere videtur, eamque ob causam nonnullis admittenda visa est; propter *L. pen. C. de pactis. L. 1. ff. si quis in jus vocat. L. 1. ff. de jud. & L. 1. §. 1. C. de jurisd.* Cum vero supra (§. 5.) ostenderit, privilegia de non evoc. principaliter territorii domino, minus principaliter tantum subditis territorii competere; cumque igitur hocce privilegium non adeo favorem atque utilitatem subditorum, quam potius imperantis

K

re-



respiciat; sequitur, ut renunciatio privilegii de non evoc. ex parte subditorum facta, tanquam invalida, juri Principis territorialis privilegiati obesse nulla ratione queat. Quilibet enim duntaxat privilegio in sui, non autem in alterius favorem introducto valide renunciat. CARPZOV. *de lege regia* C. 9. *Secl.* 5. MEVIUS *in jus Lub.* L. 5. T. 3. Art. 4. §. 29. Facta igitur renunciatio, v. c. si subditus privilegiatus extra territorium contractum inierit, & implementum contractus eodem loco praestandum pollicitus sit, eo ipso judici extraneo nullum proveniet jus, quo ad forum contractus privilegiatum evocare queat. Conf. Dni. a LUDEWIG Erläut. der *S. B.* T. 8. §. 1. not. 5. p. 783. Subdito autem non solum privilegio renunciante, sed etiam coram giudice extraneo voluntario comparente, & respondente, princeps privilegiatus interveniendo exceptionem incompetentiae, etiam post litis contestationem recte opponit, eo effectu, ut, priusquam super puncto interventionis fuerit judicatum, judex evocans ulterius procedere nequeat. CARPZOV *Def. forens.* P. 1. *Const.* 3. *Def.* 31. Subditus hac ratione renunciando privilegium Principis sui de non evoc. violans, quin coercitione dignus sit, nulli dubitamus. Sed cum neque in Aurea Bulla, neque permultis aliis privilegiis de non evoc. poena in violatores privilegii statuta aut determinata reperitur; haud expeditum est, quali, & quanta coercitione ipsi sint adficiendi. Illustri Dn. a LUDEWIG l. c. not. 1. p. 797 seq. subditum violatorem privilegii de non evoc. tanquam reum criminis laesae majestatis puniendum esse existimat. Quae tamen sententia, quousque specialis non exstat lex, quae violationem privilegii de non evoc. crimini laesae majestatis aequiparat, nimis severa videtur. Siquidem renunciatio privilegii de non evoc. ex parte subditorum facta, neque contra securitatem principis suscipiatur, neque directe in praedictum dignitatis & honoris imperantis tendat, etiamsi per indirectum in contumeliam principis vergit. Quapropter, si vel in ipso privilegio, vel in alia lege, poena in violatores privilegii statuenda determinetur, huic determinationi omnino standum erit; deficiente autem poenae determinatione, judicis competentis, i. e. prin-

principis privilegiati arbitrio res permittenda videtur; qui poena arbitraria, vel pecuniaria, vel carceris mancipatione rel. fecundum gravitatem delicti, violatorem privilegii iuste coercet.

§. 39.

*Antecedentia limitantur.*

Quibus positis duplex tamen excipiendus est casus, ubi renunciatio privilegii de non evoc. ex parte subditorum facta valida erit. Et primo quidem: Ubi per ipsa privilegii verba subditis facultas huic privilegio renunciandi diferte permittitur, ipsorumque arbitrio relinquatur utrum privilegio uti velint, an nolint. Ejusmodi verba occurrunt in privilegio a Sigismundo Imp. Friderico Electori Saxoniae dato Kesmarci a. 1423. in quo prohibitioni de non evocandis subditis saxonice adjicitur: sic sc. Saxoniae cives, thun es denn von thren guten Willen. Nec non in renovacione hujus privilegii facta a Carolo V. Imp. Wormatiae a. 1521. reperies: jedoch mit dem Bescheide, es thuns denn die Unterthanen mit guten Willen. Deinde extranei judicis auxilium implorandi facultate subditi utuntur, in casu denegatae justitiae. Qua de re, cum jam supra (§. 34.) actum est, Lectorem ben. eo remittimus.

§. 40.

*De renunciacione expressa, a parte imperantis facta.*

Expressa ex parte ipsius imperantis, cui principaliter de non evoc. privilegium competit, facta renunciatio, numne ipsud privilegium tollat, indagantibus, dispiciendum erit: utrum renuncians privilegio *personaliter* gaudeat, an *realiter*? (§. 18.) Priori casu renunciacionem validam esse, atque privilegium facta renunciacione expirare, extra omnem positum est dubitationem. Quoniam renunciatio, quae non nisi jura in solius renunciantis commodum introducta concernit, utique efficax existimatur. Cum autem is, qui privilegio de non evoc. *reali* instructus est, eidem renunciat, res non adeo expectata esse videtur. Hoc casu enim renuncianti privilegium pro-

K 2

pter



pter territorium tribuitur. Ad quidem in aprico erit, licere principi pro semet ipso hocce privilegio abstinere. Cuilibet enim eatenus privilegio renunciare permittitur, quatenus in sui favorem est introductum. Sed nodus quaestionis in eo latet, utrum facta renunciatio privilegium penitus tollat, adeo, ut etiam heres, atque successor, privilegio de non evoc. amplius uti nequeat? Rationi quidem, & Legum dispositioni consentaneum erit, quod is, qui facultate ipsud territorium alienandi destituitur, etiam libertate careat jura propter territorium concessa in praerudicium successorum suorum alienandi. Quibus assertis fundamenti loco positis reliqua superstruamus. Scilicet si privilegium de non evoc. propter feudum indulgetur, renunciatio a vasallo facta effectus intuitu heredum haud exserit, sed post mortem renunciantis jus de non evoc. ad heredes jure postliminio revertetur, nisi renunciatio ab ipso primo feudi acquirente facta sit. Cum enim successor in feudo non ab antecessore, sed ex investitura primi acquirentis, jus acquisitum tam in feudum, quam omnia jura propter feudum competentia consequatur; facile perspicitur, quod nemo nisi primus acquirens jura feudo connexa successoribus eripere queat. Idem fere dicendum de privilegio de non evoc. quod territorio allodiali cohaeret. Ubi quidem renunciatio dicti privilegii omnino successores & descendentes renunciantis stringit, si privilegium propter allodium proprium atque liberum competit. Minus vero si propter allodium avitum, sive tale, quod fideicommissi naturam habet, fuerit indultum. Hic enim successores ex renunciatione privilegii ab antecessore facta ne minimum quidem detrimenti capiunt. Quod vero attinet ad illum qui jus de non evoc. primus territorio conciliavit, cum antecessores illius hocce privilegio usi nondum sint, ejusdem, si forte posthac privilegio uti nolit, renunciatione jus de non evoc. penitus amitti arbitror; adeo, ut etiam successores ipsius, quamvis fortasse velint, tamen eo gaudere non possint. Siquidem ille ratione privilegii de non evoc. pro primo acquirente utique habendus est.



§. 41. *Revocatione.*  
 Tertius modus quo privilegium de non evocando solvitur, est revocatio concedentis. Quæ vero absque gravi & urgente causa procedere non debet; præsertim cum privilegium titulo oneroso ad privilegiatum pervenerit. Sed quoniam privilegia de non evoc. revocationi concedentis i. e. Imperatoris reperiuntur obnoxia, utilis omnino est confirmatio successfulis, ne facile revocentur (a). Credo tamen nihilominus, omisissam confirmationis petitionem privilegium hocce neutiquam vitare, siquidem Imperator nuper electus jam ante coronationem omnia Statuum imperii, tam generalia, quam specialia, adeoque etiam de non evocando privilegia, juramento confirmare tenetur.

(a) Id etiam Statibus imp. jure de non evoc. privilegiatis utile visum fuisse, testantur tot confirmationes horum privilegiorum, quarum aliquas supra (§. 21.) indigitare operæ pretium fuit.

§. 42.  
*De privilegiorum de non evocando municipiis nonnunquam concessorum indole ac virtute.*

Coronidis loco addere quædam placuit, quæ inferviunt explicationi, atque intellectui privilegiorum de non evocando, quatenus illa nonnunquam municipiis, aliisque membris immediatis adscribuntur. In memoriam itaque revocemus necesse est, quod supra (§. 5.) asseruimus, scilicet evocationem inter magistratus inferiores, qui eidem Domino territoriali subsunt, certa ratione concipi posse. Nam quatenus auctoritas judicis inferioris ad certam territorii partem restringitur, ultra quam hic eam exercere non debet, eatenus intuitu alterius judicis pro extraneo habendus est, si limites jurisdictionis suæ transgredi conatur. Ad evitandos itaque jurisdictionum conflictus, sæpe opus est constitutione superioris, mediante qua jurisdictionem alterius Status territorialis contra turbationes alterius munit, atque defendit. Prohibent ergo hæc privilegia de non evoc. conflictum jurisdictionis inter magistratus inferiores, ne forte causæ seculares ad judicia ecclesiastica trahantur,

tur, neque ulla alia ratione iudex limites potestatis suæ egradiatur. Prohibent deinde, ne subditus subditum, cum præteritione sui iudicis, coram alio conveniat. Prohibent porro causarum ad iudicia Westphalica atque Pontificia devolutiones (a). Interdicunt denique provocationibus, quæ olim frequentissime ad Lubecensem, Magdeburgensem, aliasque civitates Germaniæ, iustitiæ administratione legibusque inclytas, instituebantur (§. 6. n. b.). Attamen etiam hæc privilegia de non evoc. sunt diversimoda, aliaque aliis magis limitata (b). Quoniam vero illa privilegia non ab Imperatore, sed a Domino territoriali proficiscuntur, sequitur ut jus tantum inter subditos territoriales ordinent, non autem extra territorium concedentis effectus suos exerant, neque extraneum ulla ratione ligent. Quapropter si extraneo actori cum reo ita privilegiato controversia obvenerit, non obstant privilegio, causa coram iudice extraneo, dummodo secundum jus commune competentia gaudeat, recte instituetur.

(a) Sic Wilhelmus Dux Saxonie prohibuit non provocationes solum ad extranea iudicia factas, sed etiam ne Saxo Saxonem in causa seculari coram tribunali ecclesiastico, sive intra sive extra territorium situm sit, multo minus coram iudicis Westphalicis conveniat. vid. *Extrakt. aus Herzog Wilhelms zu Sachsen Landes-Ordnung de anno 1446.* so viel die ausländischen Gerichte betrifft. Nec non Herz. Wilhelms zu Sachsen Verordn. zu Abwendung des Eingriffs Dero geistlichen in die weltlichen Gerichte, wie auch der Vorforderung an die westphälische und andere ausländische Gerichte 1454. ap. Jo. Joach. Müller Reichstags Theatr. sub *Friedrico V.* 1ste Vorst. Cap. 9. §. 38. p. 129. seq.

(b) Privilegia de non evoc. civitatibus Pomeranicis Stralsundie, Gryphiswaldie, Anclamo, Demmino, Stetino, a Ducibus Pomeranie Witzlao, Bogislao, Barnim, & Wartislais concessa, referunt *Viri generos. AUGUST. a BALTHASAR* in libro, quem inscripsit: *Historische Nachricht von den Landes-Gerichten in Pommeru,* 1ste Alth. *Period. 2. C. 1. §. 9. p. 55 sq.* & *ALB. GEO. a SCHWARTZ* in Tractatu, cui titulum dedit: *Einteilung in die Pommerisch- und Rügianische Justiz-Hist.* 2te Alth. p. 41 sq.

## TANTUM.

### ERRATA:

- Pag. 3. lin. ultima pro *dedicendi* lege *decidendi*.  
 - 4. lin. ultima pro *competenti* lege *incompetenti*.  
 - 13. lin. 27. pro *dicand* lege *dicundo*.  
 - 19. lin. 16. pro *diffirationes* lege *diffidationes*.

Greifswald, Diss., 1762-69

ULB Halle

3

005 372 011







inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

*P. 146*

*20*

*Pub. 17. n. 241.*

*1768, 4*

*19*

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
 DE  
**IVRE**  
 DE NON EVOCANDO

QVAM  
 EX DECRETO ET AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM  
 ORDINIS  
 PRAESIDE  
 VIRO ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO  
**DN. HERMANNO BECKERO**  
 LL. D. ET P. P. O. IN REGIA GRYPHICA ACADEMIA  
 ORD. ICT. P. T. DECANO

PRO LICENTIA  
 SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
 DOCTORALIA LEGITIME CONSEQVENDI  
 AD D. IV NOVEMB. ANNO MDCCLXVIII  
 HORIS CONSVETIS  
 PVBLICE DEFENDET  
 AVCTOR  
**IOANNES RVDOLPHVS BECKER**  
 ROSTOCHIENSIS.

GRYPHISWALDIE  
 LITERIS A. F. RÖSE  
 REG. ACAD. TYPOGR.

